



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN


## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Iacobi Philippi Tomasini Sancti Georgij ab Alga Venetiarum Canonici Secularis De Donariis ac Tabellis Votivis Liber Singularis**

**Tomasini, Giacomo Filippo**

**Vtini, 1639**

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13253**




88

S  
VI  
4

Th. Gogge.

*J*

*J VI  
4*



*Ex legato Salmi Rainigij Ferdinandi  
Episcopi Pader. et Monast.*

IACOBI PHILIPPI

TOMASINI

Sancti Georgij ab Alga Venetiarum  
Canonici Secularis

DE DONARIIS

ac

TABELLIS VOTIVIS

Liber Singularis.

Ad

EMINENTISS. PRINCIPEM  
FRANCISCVM BARBERINVM  
S.R.E. Cardinalem & Vice-Cancellarium.



*Colleg. Sanctitatis Salmi Paderbor. 1683.*  
VTINI, MDCXXXIX.

Ex Typographia Nicolai Schiratti.

SVPERIORVM PERMISSV.

*Ferdinandi Furstenbergij*

*A. Schiratti*

JACOBI PHILIPPI

TOMASINI

Sancti Georgii ab Alga Venerabilis  
Canonici Secularis

DE DONARIIS

TABELLIS VOTIVIS

EMINENTISS. PRINCIPUM

FRANCISCVM BARBERINVM

Sacri Cardinalis & Vice-Camerarii



Y T I N I M D C C X X I X

in Typographia Nicolai Schubarth

in Paderborna

in Paderborna

EMINENTISSIMO PRINCIPI  
FRANCISCO BARBERINO  
S. R. E. CARDINALI  
& VICE-CANCELLARIO,  
Domino & Patrono benignissimo.



*ETERNI* Numinis in  
genus mortalium beneficen-  
tiam inter cetera nihil magis  
ostendit, quàm hinc inde spar-  
sa Votorum varietas, quibus  
illi se meritorum non imme-  
mor animus passim obstrinxit. Te verò *EMINEN-*  
*TISS. PRINCEPS* supra humanam conditionem de  
Republica Christiana quàm optimè meritum ac  
summa in dies promerentem votis unanimes te-  
stantur omnes, quos *VRBANVM IIX*  
Patrum verè Divinum religiosè imitatus rara  
publici exempli munificentia veluti sæcundo imbre  
recreas & quotidie novis beneficijs exornas. Neq;  
enim dignitatis amplitudo quicquam tuo erga lite-

a 2 ras

ras earumq; cultores studio detrahit, aut summi  
honoris apex innatam celsissimi animi benignita-  
tem minuit. Ut iure illa suavitas oris, illa flexa-  
rima vis facundia, illa placidi vultus gravitate &  
comitate temperata maiestas, Te bonarum artium  
tutelam ac Musarum praesidium perpetuo asserant.  
Quod igitur mei est in tua merita obsequij, exilem  
non iniucundi penitus argumenti Tabellam subli-  
mi Honoris tui tholo, qua licet animi submissione  
atque hilaritate gratus appendo. Cuius tenuitati si  
consuetam magnanimitate vires suffeceris, Numi-  
nis in morem ei animos addes, qui iam dudum se  
tua benignitati totum devovit. Salve, ingens Pur-  
pura decus, & Vale Princeps Optime, quem singu-  
lari Dei munere maximum Ecclesia ornamentum  
agnoscimus.

Patavij Kal. Ianuar. M DC XXXIX.

E. T. R.

Deuotissimus Cliens

IAC. PHILIPPVS  
TOMASINVS.

IACOBO PHILIPPO  
TOMASINO

OCTAVIVS FERRARIVS IN GRMNASIO

Patavino & Artis Oratoriæ primus Interpres.

S. D.



U verò, Vir Clarissime, torpentibus  
fatali inertia ingenij, pulsusq; pro-  
pè ac profligatis literis, evanescens  
hoc decus Italiæ terræ affere. Sum-  
mum olim certamen inter maiores  
nostros fuit, ne quid profuturum  
seculis diu lateret: nunc proffus hac laude excidi-  
mus, & accusatores antiquitatis bonis quoq; literis  
insultamus, ac veluti Grammaticorum sordes ac  
purgamenta cum supercilio despiciamus. Tu con-  
tra adnissus semper es, Vir Opime, & insertis volu-  
minum tuorum fœcunditati tot Virorum Illustrium  
non nominibus tantùm, sed & imaginibus, memo-  
riam eorum ac figuras intercidere non es passus, ipse  
quoque inter exempla futurus. Vale plurimum, &  
Salve.

Patavij x. Kal. Octobris MDCXXXVIII.

## I A C. PHILIPPO TOMASINO.

**D**ona Deum, TOMASINE, tuis quæ condita scriptis  
 Sacrilegas furum non timere manus,  
 Non ullos metuunt casus, nec tela, nec ignes:  
 Nec tandem serâ diripienda die.  
 Ingenij monumenta tui, sacra munera, spernunt  
 Fortunæ ac longi temporis invidiam.

I. Bapt. Verus  
 L. V. D.

## E I D E M.

**H**ic speculum Veneri, Phæbo fert ille pharetram;  
 Arma suo Marti Martia turba vocet:  
 Dat Victor Spolia ampla Iovis, peplumq; Minervæ  
 Reddit pro salvo nupta puella viro.  
 Agricola Cereri calathos, & pocula Baccho,  
 Vuida Neptuno lintea nauta, dicat.  
 Argenti pateras confert, auriq; talenta  
 Dives; inops grata vilia ferta manu.  
 Templorum suspensa tholis tot dona Deorum  
 Munere restituis dum, TOMASINE, tuo;  
 Æternis monumenta refers victura tabellis,  
 Æternus per te stat pietatis honos.  
 Docta sed hæc inter clarissima stemmata deber  
 Esse Palatino sacra tabella Deo.

Matthæus Vayra  
 Phil. & Med. D.

## INDEX CAPITVM.

I.	Occasio Operis, & Nominis ratio.	1
II.	Donariorum MATERIA.	12
III.	Donariorum SPECIES diuersæ.	14
IV.	De Ludis, Decimis, Hecatombis, alijsq; Donis ad Vota spectantibus.	30
V.	Diuersa Vouendi ratio.	42
VI.	LOCVS Anathematum.	50
VII.	De TABELLIS VOTIUIS.	55
VIII.	Vota GENIO, & LARIBVS dicata.	68
IX.	Vota Natalitia.	77
X.	Parentum Vota pro Filijs.	82
XI.	Puerorum Vota, & potissimùm Capillitia.	86
XII.	Virginum Vota.	91
XIII.	Nuptarum Vota.	93
XIV.	Parturientium Vota.	95
XV.	Coniugum Vota.	98
XVI.	Vota Amatoria.	101
XVII.	Vota Populi pro Principe.	108
XVIII.	Vota pro Patria, pro Imperio, pro Ciui- bus.	116
XIX.	Donaria Dijs oblata ab Imperatoribus, an- te & post bellum.	120
XX.	Triumphantium, ac Militum Donaria.	127
XXI.	Eruditorum Vota.	136
XXII.	Vota Laborantium.	144

Na-

## INDEX CAPITVM.

xxiii. Nauigantium & Nautarum Vota.	147
xxiv. Agricolarum, & Villicorum Vota.	154
xxv. Vinitorum Vota.	165
xxvi. Vota Nymphis oblata.	168
xxvii. Hortos colentium Vota.	171
xxviii. Pastorum Vota.	173
xxix. Venatorum Vota.	174
xxx. Aurigarum Vota.	176
xxxi. Piscatorum Vota.	177
xxxii. Artificum Donaria.	179
xxxiii. Vota pro Ægrotantium salute.	181
xxxiv. SENECTVTIS Vota.	190
xxxv. Vota DIIS MANIBVS oblata.	191
xxxvi. Servorum, & Ancillarum Vota.	194
xxxvii. Gladiatorum Dona, & Munificentia veterum in Gymnasium.	196
xxxviii. Vota Immania, ac Nefaria.	199
xxxix. Vota Temeraria, & locosa.	204
xl. Vota Scelerata.	206
xli. DONARIA Mulctatitia.	ibid.
xl. De SACRIS nostri ævi Donarijs.	208



IAC.

IAC. PHILIPPVS  
TOMASINVS  
DE DONARIIS.

CAPVT I.

*Occasio Operis, & Nominis Ratio.*



ATHENAS Pataunas noctibus produ-  
ctoribus vix ad metam perduxera-  
mus, animum mox subiit affinis ei la-  
bor nouus circa Petri Aponensis Na-  
tales, & vitæ studia. Itaq; concessimus  
in vicinum Vrbis Patauinæ Aponum.  
ac ne quidquam nos effugeret, sese  
prompti viæ comites dabant Amici &  
multis Naturæ, & Antiquitatum peri-  
tis selecti, Io. Vveslingius Sacræ Militiæ dignitate equestri de-  
coratus, atq; in Patauino Gymnasio Anatomie Professor pri-  
marius, eiq; ex literis politioribus, quibus ille egregiè instru-  
ctus, grati admodum, Gabriel Naudæus, Eminentiss. Cardi-  
nali IOAN. FRANCISCO, ex Comitibus Guidijs à Balneo  
eo maxime nomine inter domesticos probatus, nostræque, ob  
antiquam fidem morumq; facilitatem, necessitudinis orna-  
mentum Io. Rhodius. Singula attentius dum perlustramus, in  
conspectum venit Colliculus vndiq; aquarum calentium ve-  
nis fatus, cuius in cacumine fons non exiguus erumpens insi-  
gni feruore variè spargitur, partim in publicum solium magno  
laborantibus, qui vndiq; accurrunt, auxilio, partim in ædes,  
quæ ab vno latere circumstant balneis priuato urbanorum

A vsui.

ufui exstructæ: reliquum ea copia per alueum illabitur, ut eius  
 vi insignis magnitudinis mola perpetuò rotetur. cuius situm  
 graphicè expressit Claudianus:

*Alto colle minor, parvis erebrior aruis  
 Conspicuo cliuus, molliter orbe tumet.*

Relictis Thermis, Montem Ortonem per prata amoena, flori-  
 bus undiquaq; consita, nullis obsita arboribus, petimus, pro-  
 spectu montium virentium mirè allecti. Ad montis radicem  
 Templum magnificè exstructum Deiparæ Virgini sacrum  
 præcipuo fidelium cultu celebratur. Eius Iconem ante hoc fa-  
 num diuinitus, ut fertur, olim in egelido fonte inuentam Ci-  
 ues Patauini summa veneratione crebriores frequentant.  
 cuius Historiam alibi dabimus. Summum sacræ Ædis fastigium  
 contemplati protinus introgredimur.

*Hic omnis Templi paries, postesq; sacrati  
 Undiq; picturis fulgentes, undiq; signis:  
 Quæ suspensa tholo, varijs è partibus orbis  
 VOTORVM posuere rei, DONARIA monstrat.*

Adeò nimirum, Tabellæ Votiuæ, Vestes, Enses, Scuta, Galeæ,  
 Vexilla, ingentia Cetorum ossa, Carmina, diuerforum Imagi-  
 nes, ac Statuæ, undiq; in oculos incurrebant, quæ de more  
 piorum fidelium diuersis è locis huc adferuntur. Varia ex eo  
 mentem subijt cogitatio. Vnde obortus inter Nos de DONA-  
 RIIS sermo. Quæ nempe, & qualia fuerint ea? Nunquid  
 apud Veteres horum fuerit in Templis usus? Isne omni se-  
 ctæ communis? Omni etiam tempori? Pulcherrima sanè ab  
 istis variæ eruditionis Viris tunc in medium prolata mihi in  
 Urbem ad Musas reuerso uberiorem de ea re à paucis ex pro-  
 fesso memoriæ prodita inuestigationem excitarunt.

Profectò si rem ex fonte deriuemus, populum Dei ele-  
 ctum Iehouæ ex præcepto DONARIA obtulisse constat, Deu-  
 ter. Cap. 12. v. 6. *Offeretis in loco holocausta & victimas vestras, deci-  
 mas & primitias manuum vestrarum, & vota atque DONARIA. Quod  
 obsequentissimè factum patet Exodi 35. vers. 29. Omnes viri,  
 & mu-*

*Et mulieres mente deuota obtulerunt DONARIA, ut fierent opera, quæ iusserat Dominus per manum Moysis.* Mitto innumera in hanc rem sacri codicis loca. Tabulas tamen depictas, quemadmodum & ceteras Imagines, Hebræis veteri mandato fuisse vetitas affirmavit mihi suæ Legis, & Antiquitatum Hebraicarum nostra ætate peritissimus Leo Mutinensis Rabinus Venetus, qui addidit Iudæos Orientales, huius ritus hodieq; esse obseruantiores: quamquam & alia forsân subesse posset ratio, quòd ijs Imperio Othomannico subiectis id minimè sit liberum: veluti apud Petrum Gyllium Topographiæ Constant. Lib. ij. Cap. xiij. videre est, qui ait Turcas acerrimos statuarum hostes.

DONARIA autem varia erant, eaq; cunctis nationibus communia. Vnde priscis proculdubio solemne erat, ingenti periculo, metu, vel labore pressis vota Dijs suis Præsidibus nuncupare; quæ postmodum periculo illo, metu, vel labore defuncti soluere dicebantur, cum in eorum Templis, aut alibi Dona, Tabulasq; Votiuas suspendebant; quò scilicet insigne aliquod, tum suarum miseriarum, tum grati erga seruatores Deos animi monumentum ederent. Ea verò consuetudo qua occasione ad posteros potissimum fuerit deducta, ipsa luce meridiana clarius ostēdit Horatius Od. v. Lib. i. ad Pyrrhā;

— me tabula sacer

Votiuæ paries indicat uvida

Suspendisse potenti

Vestimenta maris Deo.

Qui enim naufragium fecerant, sui discriminis speciem in tabula exhibebant, eamq; è pariete Templi suspensam unà cum vestimentis, in quibus seruati fuissent, Neptuno maris arbitro consecrare solebant. Eodemq; more nostris nihil familiarius, nisi quòd nostro æuo Diuis Tutelaribus, vel Deiparæ, vel alij è cœlitum numero cuiuspiam, is honor habeatur, quem illi fictis Numinibus impiè deferebant. *Ea quippe licentia* (vt Cardinalis Baronij verbis utar Annaliū Eccl. ad Annum xliij. Cap. lxxij.) *qua Deorum delubra in Ecclesias Christianorum sunt laudabiliter commuta-*

*ea, alij quoq; ritus à nobis benedictionibus expiati diuino sunt cultui consecrati.* Ac licet nil frequentius esset ea adulatione, qua infinitis titulis altaria Principibus olim erigebantur, ea tamen veteribus causæ fuerunt magis religiosæ, quæ Dijs *Votum* in periculis conceptum vrgebant. Poëta, igitur amorem Pyrrhæ expertus, cum parum lætos neq; secundos successus habuisset, vt allegoricè naufragium ijs quidem se fecisse ostenderet, perspecta Pyrrhæ inconstantia, leuitateq; ad eundem scopulum nauim suam non amplius appulsuram, scripsit. Hanc eius mentem statuit Dionysius Lambinus, quo nemo apertius morem istum nobis ob oculos posuit. Ampliorem Donariorum vsum ostendit S. Maximus de Charitate Centuria iij. Cap. vii. *A nobis offerri Deo Donaria sermo diuinus præcepit, vt infinitam diuine bonitatis copiam representet, dum suscipit à nobis munera tanquam dona gratuita.*

Eaq; prout res tulit & occasio, nunc publici, nunc priuati *Voti* causa offerebantur. De quibus suo loco vberius. Atque vt hoc moneam, vocabantur *Tabellæ* huiuscemodi *Votiu*, siue quod votæ essent, aut ex voto suspensæ, siue quod depicta hominum *Vota* continerent: sicuti *votiuas preces* appellamus, quibus aliquid cum voto poscimus: Quo modo Tibullus Lib. i. Eleg. iij.

*Vt mea votiuas persoluens Delia voces*

*Ante sacras lino tecta fores sedeat.*

*Votiuam* quoque *Victimam* cum Venusino Epist. Lib. i. quæ per *Votum* est sacrificio destinata:

*Pascitur in vestrum reditum votiuæ Iuuenca.*

*Votiuam* pariter *Coronam* voto Dijs immortalibus constitutam discimus ex Vitruuio Lib. vii. *Hierocleus bene gestis cum auream Coronam votiuam Dijs immortalibus quodam in fano constituisse, &c.* Cetera item *Votiuæ* dicuntur, quæ ex voto suscipiuntur, vel pro eo quod barbarè dicitur ad benè placitum, hoc est, quæ pro voto & voluntate, vel voluntariè fiunt. Vnde *Legationem* *Votiuam*, & *Ludos* *Votiuos* apud Ciceronem, aliosq; legas. Sed &

&

& *Votiuam rem* notare admodum gratam & iucundam, quæq; votis fuerit petenda, ad Trebellium Pollionem obseruauit hodie Criticorum Phoenix CLAVDIUS SALMASIVS, dignissimus magni Scaligeri in Atheneo Belgico successor. Qualiter Propertius Lib. ij. Eleg. xxix.

*Votivas noctes, & mihi solue decem.*

Munera quoque ibidem vocasse videtur per Metonymiam Adiuncti.

*Munera Diana debita redde choros.*

Quo sensu audiendus Carmine lxv. Catullus:

*Non ingrata tamen frustra munuscula Diuis*

*Promittens tacito suspendit vota labello.*

Et Carmine lxvij.

*Prisita vota nouo munere dissoluo.*

Parum igitur firma quorundam non infimæ notæ Grammaticorum distinctio, qui Munera hominum, Dona Deorum tradunt. Vellem isti antesignanum suum Nonium Marcellum paulò diligentius inspexissent, cuius hæc verba: *Dona consuetudine hæc habentur, quæ aut propitians Dijs dantur, aut hominibus pro beneficijs redduntur.*

*Votiuæ etiam vocabula* D. Hieronymus scribit ea nomina, quæ boni ominis causa serui præsertim sumebant. Itemq; *Votiuæ* aures appellantur, quæ cupiunt aliquid audire. Plautus in Casina Prol. vers. 29.

*Aures votiuæ si sunt, animum aduertite.*

Vota etiam DONARIA dicebantur, licet hac voce Cornelius, Seruius Honoratus, Isidorus Lib. xv. Cap. v. & alij Grammatici interpretati sint locum, in quo dona reponuntur. Quos secutus in Lexico Iuris Pandulphus Prateius, *Donum* inquit, *quod Dijs datur: inde ubi dona ponuntur dona ium appellatur* Seruio itaq; in xij. En. ceterisq; eius ordinis magistris modò laudatis parum æquus circa huius voci acceptionem Laurentius Valla Elegant. Lib. j. Cap. vj. cū non modò Gellius probæ notæ literator Lib. ij. Cap. x. hac appellatione locum significari ostendit.

ostendat; sed & Poëtarum Latinorum optimus eiusdem sit  
animi i i j. Georg. vers. 531.

*Tempore non alio, dicunt regionibus illis*

*Quæstas ad sacra boues Iunonis, & uris*

*Imparibus ductos alta ad donaria currus.*

Negare tamen non possum, quin ea potissimum sint DONA-  
RIA, quæ vel usibus sacris conueniunt, vel ornamento, & ho-  
nori Diuorum in Templis locantur. Qualia *ἀνάθηματα* apud  
Herodotum in Clio; itemq; in Tabula Cebetis, Polluci Lib. i.  
Cap. i. Pausanię passim, & alijs alibi maximèq; Gręcorum Epi-  
grammatum auctõribus Anthologię Lib. vj. (vbi Cap. i. Epi-  
gram. i v. Cap. v i i j. Epigr. v. & v j. pro *ἀνάθημα* metri gratia  
per Syncopen *ἀνάθημα*) ἀπὸ τῆς ἀνάθημα hoc est, a seponendo,  
siue suspendendo, id nominis obtinuerunt, quòd parietibus  
affigi solerent. In quem sensum Iustinianus Imperator: DONA-  
RIA, inquit, sunt ea, quæ ad ministeria Dei dedicata sunt. Quali-  
ter Corippus Lib. i v. num. ij.

*Et sua placandis neçunt Donaria Dijs.*

Et multis retrò seculis Lucanus lib. ix. vers. 517.

*Non illie Libycæ posuerunt ditia gentes*

*Templa, nec Eois splendent Donaria gemmis.*

Acron pariter, seu quisquis ille auctor, ex Porphyrio ad lau-  
datum Horatij locum; Achilles Stadius, (seu quemadmodum  
post Photium in Bibliotheca cum Gaspare Barthio in Aduer-  
sarijs censuit Leo Allacius amicus noster in Dissert. Rhet. de  
Error. Magn. Virorum pag. 93. Tattius) de Clitophonis &  
Leucippes amoribus Lib. i. in limine: *ὄμνῃ μὲν ἐν τῶν θεῶν ἐπιπέδοις μινε-  
ρα τῆσδε, ἢ ὑψηλῆσδε, ἀνεπιπέδῃσδε, ἢ ἐπιπέδῃσδε, τὴν γῆν, ἢ τὴν θάλασσαν,  
ἢ τὴν οὐρανὸν, ἢ τὴν ἀπὸ τῆσδε ἐπιπέδῃσδε, ἢ ἐπιπέδῃσδε, ἢ ἐπιπέδῃσδε, ἢ ἐπιπέδῃσδε.* Aurel. Cassiod. Lib. ix. Va-  
riarum Epistolarum xv. Manilius, Appianus, Herodianus, Ety-  
mologici magni Auctor, Harpocraton, & huius classis alij;  
Martianus Capella Lib. i. Phalaris Agrigētinus Epist. lxxxiv.  
apud quos DONARIA sunt *Votiuę* quædam Tabella accepti  
beneficij in memoriam appensę; sicuti *Dona* sunt quæcunq; usi-  
bus

bus

bus Ecclesię conferuntur, ex Tertulliano Apolog. Cap. xxvi. *Verum victimis templum donis gentem fœderibus honorastis. Quomodo Romulus Amasæus Anathemata apud Pausaniam ubique explicat. Quæ Iulius Firmicus Libro de errore prophanæ Religionis Donaria vocat. Et Suidæ Interpres de Simulacro Martis, quod in Arabia colitur, verba faciens: Domus, inquit, tota est aurata, & Donaria multa. Quam rationem etiam Hier. Volfius apud Suidam secutus. Anathemata verò ex Pythagoræ sententia Stobæi expositor Oblationes & impensas vertit. Omnium optimè apud Porphyrium de Abst. Lib. i i. Franciscus de Fogeroles vir sanè eruditus *Votiva Donaria reddidit: Strictius Plutarchus lib. de EI A'va θήματα ἱερὰ* Xylandro interprete, *Donaria sacra.**

Hæc ipsa etiam Munera appellat Iustinus de Delphico templo Lib. xxiv. *Multa & opulenta ibi Regum, populorumq; visuntur muneris quæq; magnificentias sui reddentium vota gratam voluntatem, & Deorum responsa manifestant. Minucius Felix tamen videtur distinguere, dum ait: Omitto vetera, quæ multa sunt, & de Deorum natalibus, donis, muneribus. Ad horum finem, & usum non malè Phalaris Agrigentinus loco pridem nominato hæc appellat *χαριστήρια τῆς σωτηρίας*, hoc est, *Munera pro gratiarum actione ob recuperatam salutem.**

*Donarium* tamen pro Dote usurpari reliquit Alciatus Parerg. Lib. iv. Cap. xii. Spolia etiam fuisse dicta *Donaria*, notat Cl. Vir Iosephus Laurentius magni Lipsij discipulus Polymathicæ Lib. v. Dissert. xx. Huc spectat illud Symmachi Lib. vi i i. Epist. xxvi. *ut in honore Numinum fieri solet, litationi addo Donarium. Quodnam verò id fuerit tradidit idem Lib. x. Epist. xxxv. Meritò vobis solemnes pateras cum quinque solidis, ut Numinibus integritatis offerimus. In quem locum eruditè obseruauit Philippus Pareus, Gentiles suorum Deorum honori pateras consecrassent, diuinitatisq; symbolo in veteribus quoq; numis Deorum effigies sculptas, dextera pateram gestantes. Quò facit illud Plinij Lib. xxxiv. Cap. vi i i. *Simulacrum Boni euentus dextera pateram,**

*sini-*

*sinistra spicam, ac papaver tenens.* Quem locum insigniter illustrat geminum ex ære signum apud Cl. Juris Professore, variaq; antiquitatis peritissimum Ioan. Galuanum patriæ nostræ, & Gymnasij decus, nostriq; laboris fautorem; quorum unum Genij, dextera pateram, sinistra cornu-copiæ ferens; alterum Vestalis, haut dubiæ benignitatis argumento, pariter dextra pateram porrigens.

Minimè verò tritum est, quod etiam huius classis sit *Detopice* apud Platonem in Phœdone. Quæ vox etiam si à nonnullis vertatur *Spectaculum*, rectius tamen eo sensu *DONARIVM* interpretamur. Neq; hîc præterierim quod Antiquitatum Conuiualium Lib. 1. Cap. xx. literis tradidit Strucchius: Conuiuia à populo in noui magistratus honorem apud Heluetios instituta ipsorum lingua idem significare, quod Latinis *DONA*, siue *DONARIA*. Metaphoricè tandem *DONARIA* ingentis precij, resq; sumptuosissimas significasse patet apud Clementem Alexandrinum, dum Lib. 11. *Pædag.* Cap. xi. sui æui luxum taxat: *Verè turpia sunt illa sandalia, in quibus sunt aureæ: et elut Donaria.*

His itaq; sic præmissis, mea sententia tanquam genus commune, *DONARIVM* est; quicquid vel ex Voti obligatione, vel ex liberalitate Dijs offerebatur: Cuius speciem frequentius constituunt *TABELLÆ*, quæ semper cum voto in Templis suspendebantur. In his nimirum supplices sortem suam, milites pugnas & campos cruore sparfos; ægroti imaginem suam, partemq; affectam, naufragi vestes madidas, tempestates, ventorum rabiem, quassatas rates, noctes & hyemes exprimebant.

Sed ne quis verborum ambiguitate in ipso limine offendatur, antequam vltèrius progrediar, præmonuisse velim, *Præire Votum* apud Veteres fuisse idem quod solemnî formula dictando *Votû* proferre. Dilertim id tradit Plinius Lib. xxviii. Cap. 11. *Votum certis precationibus, obsecrasset, immo magistratus, & ne quid verborum prætereat, aut præposterum dicatur, descripto præire alit.*

aliquem, rursusq; alium custodem dari, qui attendat, alium verò præponi, qui faueri linguis iubeat. Eodemq; ferè sensu à Poetis, & Oratoribus probatis accipi, **V O V E R E**, *Vota concipere, facere, effundere, emittere, nuncupare.* Inter quæ postremum hoc omnium apud veteres solemnissimum fuisse patet ex Festo, apud quem *Vota nuncupata dicuntur, quæ Consules, Praetores cum in prouinciam proficiscuntur, faciunt: ea in tabulas presentibus multis referuntur.* Testis Liuius noster Lib. xxxi. *Ludos Ioni Donumq; vouere Consulem, cui prouincia Macedonia euenisset, Senatus iussit.* Apud eundem etiam sæpiùs legitur: *Consules paludari Votis nuncupatis in prouincias profecti. Votorum quippè nuncupatio erat, quæ peculiari ritu tam à Procōs. quàm à Cons. priscis in prouinciam profecturis fiebat in Capitolio palam cum Voto vel Ludorum, vel Temporum, vel Congiarij, si salui reuerterentur: eaq; Vota illis absentibus in Tabulas relata, ab euentu Nominata, & Testificata dicebantur. Quo etiam modo accipiebantur, Vota suscipere, promittere, polliceri, ac destinare, Assuescere votis, itemq; Votis se obligare, & Votis neſti ac teneri, id est, Voti reum esse. Voti autem reus dicebatur is, qui suscepto voto se Numinibus obligauerat; quod cum esset affectus Voti compos dicebatur, itemq; Damnatuſ Voti, vel Voto, id est astrictus, & obligatus ad perfoluendum Votum.* His suffragatur Seruius in Virg. Ecl. v.

*Vt Baccho, Cereriq; tibi sic vota quotannis*

*Agricolæ facient, damnabis tu quoq; Votis.*

Quintuſ, (inquit) *Deus præstare aliqua hominibus ceperis, obnoxios tibi eos facies ad vota soluenda: quæ antequam soluantur, obligatos & quasi damnatos homines retinent.* Cui etiam in Virg. Aneid. v. 48.

*Vobis latus ego hoc candentem in littore Taurum*

*Constituam ante aras Voti reus.*

*Voti Reus, id est debitor; & vota soluentes, absolutos dicimus.* In quem etiam locum longè prius Macrobius Lib. i i i. Cap. i i. Satur. ait: *Hæc vox propria sacrorum est, ut reus vocetur, qui suscepto voto se Numinibus obligat; Damnatuſ autem qui promissa vota non soluit.* Quamobrem non omninò probanda videtur Alexandri ab

B

Ale-

Alexandro sententia, qui Genialium Dierum Lib. III. Cap. XXII. Consules, inquit, designatos ipsa die iniri Magistratus in bellum profecturos, conclamationem ad populum habere, Capitolium adire, ibiq; sacrificio perfecto vota effundere solere: tunc suscepto emissiq; voto, eum se numinibus obligarent, rei voti appellati: eum autem voti compotes promissa exsoluissent, damnati voti dicti sunt. Quibus verbis etiam aduersatur doctissimus Tiraquellus in hunc ipsum locum.

Hinc natae sunt huiusmodi sermonis formulae: Vota reddere, soluere, dissoluere, persoluere, exequi vota, liberari voti, vel voto. Item *Votum ratum*, cum is qui voti damnatus, sese exsoluit.

Atque inter has nonnullae in veterum monumentis certis dumtaxat characteribus designantur. Nimirum,

V. P. Votum posuit.

V. S. Votum soluit.

V. M. M. Votum merito Mineruae.

V. S. L. M. Votum soluit libens merito, vel Voto soluto libero munere, vel Voto solemniter libero munere.

V. S. C. Voti sui compotes.

V. S. L. P. Votum soluerunt loco priuato.

V. S. P. L. L. M. Voto suscepto posuit libens lubens merito.

V. S. S. L. M. Votum susceptum soluerunt libentes merito.

V. S. L. S. D. EX PRIMIS. Votum susceptum soluerunt libentes sacerdotes Deae ex primis.

V. S. L. L. M. Inuenio apud Volf. Lazium Lib. II. Cap. VI. Com. Reip. Rom. qui ita explicat. Votum soluit, locum legit memoriae.

Veteres etiam, quod a nemine hactenus obseruatum deprehendo, quodq; uni Grutero in tam immenso Inscriptionum numero semel dumtaxat occurrit, simpliciter hoc sensu usurpasse verbum *dandi*, videre licuit Patavij M DC XXXVII. Die XIII. Maij, cum reficeretur collapsum apud Moniales S. Bartholomaei Templum; ubi columnae lateritiae Occidentem versus ad ianuam, qua in Coenobium itur, subiecta fundamenti loco stylobata e viuo lapide quadrata, quinque spithamas longa, & duas cum semisse alta, aliunde, ut ex in-

uer-

uerso fiti apparebat, eò olim aduecta: in cuius plintho propè strias hæc legebantur:

F. MVLVIVS. CILO. DEDIT.

Muluius, quis fuerit parum refert: nomen certè Romanum est. Quod ostendit adhuc Patauij apud Contarenos, vetus saxum, in quo

MARCVS MVLIVS COMMODVS.

Romæ quoque esse notauit Gruterus:

QVINIVS MVLVIVS PLACIDIANVS.

Isq; CILO, idest, capite acuminato, à corporis fortè vitio, ut Cicero, Panfa, Plautus, Scavrus, Varo, nominatus fuit. Festo namq; auctore, *Cilo dicitur, cui frons est eminentior, ac dextra sinistraq; velut rescissa videtur.* Qualem aliquando fuisse Flaminium ex numi argentei videre est, quæ sic se habet:

C. FLAMINIUS CILO.

Item ex Epigrammate Romæ in horto Conservatorum in Capitolio:

SVME. LIBENS. SIMVLACRA.

TVIS. QVÆ. MVNERA. CILO.

ARIS. VRBANVS. DEDICAT.

IPSE. SACRIS.

Lapidem verò statuam sustinuisse ostendit eius proportio, & fuisse Donarium ex ipsa inscriptione clarum est. Cuius rei indicium debeo Carolo Auantio Phil. & Medico curiosi ingenij Viro mihi amiceissimo, cui eò libentius testes mihi addo Ioan. Baptistam Verum, qui nuper uniuersam Venetorum Historiam latinè in Breuiarium contraxit, & Gulielmum Souierum Virum Cl., quòd monumentum hoc paucis admodum visum confestim exigente operis necessitate terra fuerit obtectum. Progredientibus hic operis postridiè sub alia columna directò apparuit saxum aliud eiusdem magnitudinis cum hac inscriptione:

SEX. POMPEIUS

SEX. F.

DEDIT

B 2

Quod

Quod pariter occultatum ad uberiorem huius significationis confirmationem libenter addimus.

Cum verò VOTA ratio soluerentur sine sacris, inde factum, quod passim in Veterum monumentis *dicare*, *dedicare*, *facere*, *consecrare* usu æquivalentia occurrunt.

## CAPVT II.

### *De Donariorum materia.*

**C**Um igitur iam satis perspecta sit Donariorum ratio, superest ut ipsorum materiam inuestigemus. Eam quidem sumptibus honorabilibus fieri præcepit in magnis Moralibus Peripateticorum Princeps, Plato tamen sapientissimè legibus moderata à moderatis hominibus exegit. Etsi verò de horum materia nihil certi constitui possit, cum proculdubio eam fortuna & conditio mortalium variauerit, verisimile tamen est ea magna ex parte fuisse fictilia, quemadmodum hodiè apud plebeios cerea. Quod persuadet ingens eorum numerus, quæ nostra memoria conspiciuntur effossa Nemi in fundo nobilium Marchionum Frangipannorum, atq; ex Prænестinis, ubi olim Fortunæ Templum erat, vel etiam figlina, qualem Romæ fuisse, ubi libro & sigilla venibant, tradit Turnebus in Aduersarijs Lib. xxiii. Cap. xxix. cuiusmodi etiam quippiam de Murteto, loco Veneris cultu celebrato, scribit Iulianus Aurelius de Cognom. Deorum Lib. ii. Cap. iv. Inde passim apud Antiquarios fictilia à vouentibus olim suspensa reperiuntur. Imò, non solum fictilia verùm & lignea primitus fuisse Deorum simulacra, quæ sæpè erant DONARIA, discimus ex Plinio: quod comprobatur Seneca primam Romanorum simplicitatem indicans, *tunc per fictiles Deos religiosè iurabatur*. Hinc fictilia signa fastigio Capitolino imposita fuere: & Iuppiter fictilis, cui Templum dedicauit Tarquinius, de quo Iuuenalis Satyra xi.

*Fictilis & nullo violatus Iuppiter auro.*

De his intelligendus Martialis:

*Summi fragilis, sed tu moneone sperne sigillum.*  
 Plinius etiam Lib. xxxv. Cap. xi. Dianæ simulacrum ex ebeno visum tradit. Atque ut hanc rem in pauca contraham, crescente Romanorum opulentiâ præter Donaria ferrea virtute ac sanguine parta, signa etiam surgebant marmorea: ebenis quoq; nitor visus aciem inuitabat. Nec metalli premium à liberalitate deterrebat animum. Frequenter nimirum fulgebant æræ, æq; nunc simplices, nunc inauratæ, argentæ, auræ, quodq; magis est gemmæ, vel gemmis distinctæ; atque hæ modò sessiles, modò pedestres, modò equestres, modò triumphales; Item Colossi specie, qualis olim Hercules, Iouis, aliorumq; quas Plinius Lib. xxxiv. Cap. vi. recenset: ijsq; plerumq; auctoris nomen insculptum erat. DONA præterea ex serico fiebant, qualia fuerunt signa, Vestes; Item ex lana, ut purpura, quæ aliquando in Donarium Templis fuit sacrata. Ossibus tandem religionem accessisse, ex Oscillis patet. Animantia ceteraq; superstitionis ludibria libens mitto, quæ suo quæq; loco Lectori plenius erunt obuia.

VOTA verò in tabellis, ex corticibus, vel papyraceis, aut ligneis, siue argenteis scripta, signata, obsignataq; Deorum Statuis cera affigebantur. Vnde Claudianus de Aponi fonte:

*Sit nulla manus, cuius non pollice ductæ*

*Tæbentur memores prospera VOTA notæ.*

Vel in genibus Statuarum cera obductis insculpebantur, seu inscribebantur Vota; quemadmodum Iosephus Scaliger obseruauit ad Propertij Lib. iv. Eleg. vi. Hinc Prudentius:

*Deuotus cippo fœculni & stipitis unctor.*

Notauit id ipsum ad Apuleij Apologiam Scipio Gentilis Num. 559. Consuetudo Veterum Ethnicorum fuit, ut bene hic Coluinus notat, Vota sua & preces in tabellis conscriptas cera consignare, atq; in Deorum statuis affigere. Vnde SIGNATA VOTA pro salute Imperatoris sæpe in Epist. Plin. ad Trajanum, & ad signata oratio apud Tertullianum Lib. de Oratione,

&

*et crura Deorum vel genua incerare apud Iuvenalem Satyra x. v. 54. & 55. & saxa (ideſt Deorum Statuas) illita ceris Prudentio Lib. i. contra Symmachum. Supplicantes enim eorum genua veluti miſericordiæ ſymbola tangebant, quorum ſectendi erant animi, quod ea maximè eſſent obuia, vel ut Lib. xi. Cap. xlv. loquitur Plinius, quod inſit ijs vitalitas. De qua fortassis Horatius Epod. 13. *adumq; virent genua.**

Quem adorationis morem non ſolis Phœnicibus (ut notat Scholiaſtes Euripidis in Phœniſſ.) ſed omni ferè populo communem fuiſſe conſtat ex Comico Aul. Act. 3. Sc. 30.

*Atqui pol' hodie non feret, ni genua conſtrificantur.*  
Et paucis interpoſitis:

*Nunquam hercle facerem, genua ni tam nequiter fricaves.*  
Planius omninò. Poëta diuini operis ix.

*Et genua amplectens effatur talia ſupplex.*  
Qua ſimilitudine ardentiffimam eſſagitationem expreſſurus Junior Plinius Lib. i. Epift. xviii. *Viſa eſt ſocrus mea aduoluta genibus, ne agerem obſecrare.* Et Poeta *Aeneid. i. r. i.*

*Dixerat & genua amplexus, genibusq; volutus.*  
Inde Fortune volubilitatem monſtraturus Stoicorum Princeps de Tranquillitate Animi Cap. xi. *Horæ momentum intereſt inter ſolium & aliena genua.* Sed de his uberius, ubi ſingula Donariorum genera expendentur.

## CAPVT III.

*Donariorum ſpecies diuerſæ.*

**D**ONARIORVM maietatem præ ceteris inſigniter augent ex Voto erectæ ſæpius ſacræ Aedes. De quibus quamuis peculiare volumen Imperatori dicaffe Eusebium de Vita Constantini Lib. iv. Cap. xl. referat Vir quidam eruditus, nihil tamen ſimile iſtic loci extat, quin Cap. xxxix. eiufdem Lib. iv. *De multitudine Donariorum*

inſcripto, ſenſu planè diuerſo ſigillatim (inquit) jam oratione perſequendi otium non datur.

Conſtat ſanè non omnes gentes Tempſa Dijs dicaffe; & quidè m multorum opinio eſt, Romanos more Perſico centum & ſeptuaginta annos ſine Tempſis & Deorum ſimulacris fuiſſe. cui ſententię cur minus ſubſcribam ſuadet Liuius Lib. 1. aſſerens, quòd Romulus Ioui Feretrio in Capitolio templum dicauerit, ibi enim cum hoſtium ſpolia ad Quercum paſtoribus ſacram depoſuiſſet, ſimul cum dono deſignauit templo Iouis ſines, cognomenq; addidit Deo; Iuppiter Feretris, inquit, hac tibi victor Romulus Rex regia dona ſero, templum ijs regionibus, quas modò animo metatus ſum, dedico, ſedem opimis ſpolijs, qua Regibus ducibusq; hoſtium caſis me auctorem ſequentes poſteri ferent. Huic cellas Iunonis, & Mineruę fuiſſe additas, indicat è multis vetus Inſcriptio ex voto facta in agro Mediolanenſi:

IOVI. O. M.

IUNONI

MINERVÆ

Q. V. G. V. S. L. M

Vnde proculdubio conditoris exemplo inter ceteros honores Senatus hunc etiam Iulio Cæſari decreuit, teſte Dione Lib. xlv. ut opima ſpolia in templo Iouis Feretrij ſuſpenderet, quaſi ſua manu Imperatorem hoſtium aliquem occidiſſet. Tanto autem in precio hæc fuit Aedes, vt Cæſarem Auguſtum præter conſuetudinem Romanam huc Lauream intuliſſe notet idem Lib. 11. ſecutus forſan maiores hinc etiam Victorię, Pacisq; monumentum optimus Princeps ſeculis extare voluit.

Ioui Statori Templum pariter ex voto Romulus condidit hæc forma, ex Liuiò: Hic ego Templum Statori Ioui, quod monumentum ſit poſteris tua præſenti ope ſeruatam eſſe Urbem voueo. Eum alij à ſiſtendo, alij à ſtando nomen habere volunt. Sunt qui putant delubrum conſecraſſe Romulum, & hoc templum Ioui Statori à M. Attilio Regulo Conſule in bello Samnitico votum, & poſtea extructum. de quo Liuius: Conſul manus ad prælium attol-

lens,

lens, voce clara, ita ut exaudiretur, templum Ioui Statori vouet, si consti-  
tisset à fuga Romana acies, redintegratoq; praelio cecidisset, vicissetq; Le-  
giones Samnitium.

De Templo Iouis Capitolini audiamus Tacitum: vouerat  
hoc templum Tarq. Priscus Rex bello Sabino, ieceratq; fundamenta spe ma-  
gis futurae magnitudinis, quam quò modicæ adhuc populi Romani res suffi-  
cerent. Hoc ipsum I. Cæsar post suis muneribus adornauit,  
Sueton. *Ædes sacras vetustate collapsas, aut incendio absumptas, easq;  
opulentissimis donis adornauit, utpote qui in Cella Capitolini Iouis xv. pon-  
dus auri, gemmasq; & margaritas quingentes H-S una donatione contule-  
rit.* Hic Statua aureæ Victoriæ conspiciēbatur, & in hoc Fa-  
no Imperatores ad bellum ituri auream coronam in sinum Iou-  
is deponentes, Vota nuncupabant. In hoc pariter extabant  
duæ coronæ aureæ, quarum alteram Galli Ioui Optimo Ma-  
ximo consecrarunt, alteram Carthaginenses, ob partæ victo-  
riæ in Samnites congratulationem Romam miserunt. Præter  
hoc Templum in Capitolio aliæ duæ Ædes Iouis fuerunt vo-  
tæ à L. Furio Purpureone. Ioui item Victori Ædem vouit  
L. Papynius Cursor bello Samnitico, Linius; & Q. Fabius, si  
legiones hostium fudisset, paucillum mulsi, priusquam teme-  
tum biberet, sese facturum, idq; votum Deis cordi fuisse.

Ioui etiam Tonanti Ædem Octavianus consecrauit, Sueto-  
nio teste, *liberatus periculo, cum expeditione Cantabrica per nocturnum  
iter lecticam eius fulgor perstrinxisset.* Ioui Conseruatori Domi-  
tianus Ædem erexit, quod ipsum in seditione Vetelliana à fu-  
rore hostium conseruasset.

Saturni & Opis templum Tullium Hostilium eo etiam tem-  
pore vouisse, quo cum Sabinis bellum gerebat, memorat Dio-  
nysius Hal. Lib. III. Item Macrobius Lib. I. Saturnal.  
Cap. VIII. & Lib. II. Cap. VI.

Ædem Honoris, & Virtutis etiam M. Marcellus vouit. T. Li-  
nius Dec. III. Lib. III. Val. Max. Lib. I. Cap. I. Plutarchus in  
Vita Marcelli.

Iunoni Reginae ex spolijs de præda à Veientibus parta  
Tem-

Templum à Camillo Dictatore votum tradidit Livijs .

Cæsarem Octavianum Apollinis in palatio Templum de-  
dicasse auctor est Dion. Hist. Rom. Lib. IIII. Ex quo ipso Li-  
bro xlv. etiam constat ob perfectionem Fani Veneris ludos  
ex voto celebratos . Idem, Bruto & Cassio devictis, Tem-  
plum Marti Vltori dicavit . De quo Suetonius : *Ædem Martis*  
*vello Philippensi pro ultione paterna suscepto, vouerat : & paulò post :*  
*Publica opera plurima extruxit, ex quibus præcipua, Forum cum Æde*  
*Martis Vltoris, Templum Apollinis in palatio, Ædem Tonantis Iouis in*  
*Capitolio .* De Æde Martis indicium præbet Numisma argen-  
teum insignis magnitudinis apud Cl. Galuanum, cuius ico-  
nem dedit Hubertus Golzius in Cæs. Aug.

Isidi & Osiri extructam fuisse Ædem ostendit exiguum  
marmor Romæ Anno MDCXXXIV, erutum :

PRO SALUTE DOMVS AVGVSTI  
EX CORPORE PAVSANIORVM ET  
ARGENTARIORVM ISIDI ET  
OSIRI MANSIONEM  
ÆDIFICAVIMVS

Nec postremo loco habendum quod scribit Festus : *Pietati*  
*Ædem ab Æelio consecratam aiunt, eo loco, quo quondam mulier habita-*  
*uerit, quæ patrem suum inclusit in carcere mammis suis clam aluerit .* De  
ceteris in Calendario Romano antiquo, quod post utilissimos  
Giraldi labores suis scholijs eruditiss. Petrus Ciaconius, &  
Paulus Manutius Pater, omniumq; nouissimè Thomas Den-  
psterus euulgavit .

Eiusmodi verò consecrationem Senatus auctoritate insti-  
tutam patet ex Livio Lib. xlii. Alter è Censoribus M. Ami-  
lius petijt ab Senatu, ut sibi dedicationis Templorum Regiæ Junonis, &  
Diane, quæ bello Ligustino ante annis octo vouisset, pecunia ad ludos decer-  
neretur, viginri millia aris decreuerunt . Dedit aut Ædes, utranq; in circo  
Elaminio . Et mox Idem dedicavit Ædem Larum per marinum in cam-  
po, vouerat eam annis undecim ante I. Æmilius Regillus in duali prælio ad-  
uersus Præfectos Regis Antiochi . supra Valias Templi tabilla cunctibus

hoc fixa est. DVELLO MAGNO REGIBVS DIRIMENDO.

At ne longior sim, id saltem monuisse operæ fuerit, omniferè Tempia ex voto erecta: nec ea semper intelligenda apud scriptores immensæ molis ædificia, sed Ædes sacras in speciem ex argento factas in Fanis fuisse suspensas. Quod ex Actor Cap. XIX. v. 24. facile est colligere. Vbi *Demetrius quidam nomine argentarius, faciens Ædes argenteas Dianæ præstabat artificibus non modicum questum.* Ceterum fuerintne Ædes istæ, ut suspicatus es in hunc locum D. Chrysostomus Homilia xlii, Ædiculæ & coopercula, quæ Ciboria vocabantur; aut thecæ (quod putarunt quidam) in quibus signa Dianæ, aut characteres Ephesij, non hic disputabo. Tempia fuisse apertè indicat textus ipse, qui habet *væç*, hoc est *Tempia*. Ædiculæ enim argenteæ, ad similitudinem Templi magnæ Dianæ, simulacra eius continebant. Qualia vel ad collum, aut in pileis & vestibus fuisse gestata, non præter rem ad hunc locum opinatus fuit Cornelius à Lapide variæ lectionis Theologus. Quomodo intelligendus, ut suspicor, in Verrem Cicero, quando ait, Ædem Mineruæ in Apollinis Fano positam. Eiusmodi igitur Ædiculis continebantur Deorum signa, quæ Dijs propria dicantur. Hinc Minucius Felix in Oct. *quid forma ipsa & habitus? nonne argumenta ludicra & decora Deorum vestrorum? Vulcanus claudus & debilis &c.*

Horum verò dedicandorum veterem formulam ex Varro-  
ne omnis literaturæ peritissimus Iosephus Scaliger suis ad Fe-  
stum Castigationibus hanc recitat, **TEMPLA TESCA Q.**  
**INCITA. SVNTO. QVA AD. EGO. CASTE. LINGVA.**  
**NVNCVPAVERO. OLLA. VETER. ARBOR. QVIS QVIS.**  
**EST. QVAM. ME. SENTIO. DIXISSE. TEMPLVM.**  
**TESCVMQ; ESTO. IN. SINISTERVM. OLLA. VETER.**  
**ARBOR. QVID QVID. EST. QVOD ME SENSIO.**  
**DIXISSE. TEMPLVM. TESCVMQ; ESTO. IN. DEXTERVM.**  
**INTER. EA. CONREGIONE. CONSPITIONE.**  
**CONTVMIONE. VT ETQ; RECTISSVME SENSI.**

Ac

At multis retrò seculis Moises de Iacobo Patriarcha disse-  
pens Geneseos Cap. xxviii. v. 20. Vouit etiam votum dicens:  
*Si fuerit Dominus mecum, & custodierit me in via per quam ego ambulo &  
dederit mihi panem ad vescendum, & vestimentum ad induendum, reuer-  
susq; fuero prospere ad domum patris mei; erit mihi Dominus in Deum, &  
Lapis iste quem erexi in titulum vocabitur DOMVS DEI.*

Cuius vsus si spectemus, quid vetat quin ARÆ loco fue-  
rit, quæ non minori cultu quam Ædes vouebantur, nec minori  
priuilegio fontibus pro Apylo erant: quod in hunc vsq; diem  
à populis cultioribus seruatur? Patet id ex gemina Inscri-  
ptione veteri. Quarum primam dedit Vvolfgangus Lazius  
Polyhistor. Cl. Com. Reip. Rom. Lib. vi. Cap. i. sed ob fa-  
cilem ex affinitate inter se literarum commutationem sine  
sensu varièq; corruptum. Ideoq; emendatiorem ex Grute-  
ro hic repono:

IVNO. R. ET. MINER. SAC  
GENIO. COH. III. BRIT. ARAM  
T. FL. FELIX. PRAEF. EX  
VOTO. POSVIT. L. M.  
DEDICAVIT. KAL. DEC  
GENTIANA. ET  
BASSO. COS

Alteram, quæ uniuersum penè huius religionis ritum con-  
tinet, diuersis scriptoribus hætenus mutilam ex Saxo veteri  
exhibemus quod Salonis in Dalmatia repertum, & V. C.  
Io: Baptistæ Rhamusij cura, impensisq; ad vetusti Codicis fi-  
dem suæ integritati restitutum, sub æneis Andreae Naugerij,  
& Hieronymi Fracastorij iconibus hodiè Patauij spectatur in  
pariete fornicis ad Portam propè Pontem S. Benedicti non  
longè ab ædibus Rhamusianis, ex duobus segmentis: quorum  
recentius legentibus minutori caractere dexteram versùs  
occurrit.

L. Helio Caesare Imp. P. Coelio & ALBINO VIBULLIO PIO CO

VII Idus OCTOBRES

Hanc

Cn. Domitius Valens II. vii. ID. praEEVNTE C. IULIO SEVERO PONTE

Legem dixit in ea verba quae infra SCRIPTA SVNT

Iuppiter optime maxime quandoque tibi BODIE, HANC ARAM DABO DEDICABOQUE EOLLIS LEGIB.

Illisque regionibus dabo dedicoque quas hic BODIE P. AL. AM DIXERO uti infimum solum huius AR. AE ES

Iac. Phil. Tomasinus  
Si quis hic hostia sacrum faxit quod magnum nec PROTOLLAT ierico tamen brobe factum ESTO CETER

Leges huic arae eadem sunt quae arae Dianae sunt in AVENTINO Monte dicitur Hae Legibus hisce REGIONI

Sicuti dixi hanc tibi aram Iuppiter optime maxime DICO Dedicoque uti sis volens propitius mihi COLLEGIS Q;

Meis decurionibus colonis incolis coloniae maritiae IVLLIAE SALONAE Coniugibus Liberisque NOSTRI

Hanc inscriptionem à Viris magnis diuersè mutatam Laurentius Pignorius omnis Antiquitatis atq; in primis patris scientissimus disertissima ad V. C. Abb. Albertinum Barisonum epistola suo nitore vindicauit. Vbi vir doctissimus Fuluij Ursini auctoritate, & antiqui lapidis indicio, excluso Imperatoris nomine, reposuit: AELIO. CAESARE II. Emendationi namq; lucem præfert gemina in Panuinij Fastis Inscrip-  
tio: Prima est.

L. AELIVS. CAESAR. TR. POT. COS

Alterà.

L. AELIO. CAESARI. DIVI

HADRIANI. AVG. F.

COS. II. F.

Nec minus verè, quæ perperam in saxo Patavino distincta leguntur nomina iunxit Pignorius noster. COELIVM enim BALBINVM summæ auctoritatis fuisse satis indicat hæc inscriptio:

P. COELIO. P. F

SER. BALBINO

VIBVLLIO. PIO

X. VIRO. STILITIBVS. IVDIC

VI. VIRO. EQVIT. ROM

TVRM. QVINT. TR. MIL. LEG

XXII. PRIMIG. P. F. ADLECTO

INTER PATRIC. AB IMP. CAES

TRAIANO. HADRIANO. AVG

SALIO. COLLINO QVEST

AVG. FLAMINI. VLPIALI. PR. DE

FIDEI. COMISS. COS

DESIGNATO

DECVRIONES. SVA. PECVNIA

Optimè igitur pro ALBINO legendum censuit BALBINO. Nomini enim fissura lapidis primam literam ademittit.

Et quidem cuilibet Aræ imminebat suus Tutelâris: Athē-

nis

nis tamen Ara erat DEO IGNOTO posita, ex Act. Apostol. Cap. xvii. v. 23. cuius hæc circumfertur Inscriptio:

ΘΕΟΙΣ ΑΣΙΑΣ ΚΑΙ ΕΥΡΩΠΗΣ

ΚΑΙ ΛΙΒΥΗΣ

ΘΕΩΙ ΑΓΝΩΣΤΩ

ΚΑΙ

ΕΞΕΝΩΙ.

hoc est, *Dijs Asia, & Europa, & Libya, Deo Ignoto, & Peregrino.* Huius autem Dei nomine Athenienses omnium Numinum supremum intellexisse creduntur: qui in Ara Romana apud Transiluanos MAXIMVS legitur. Variam quidem eius facti causam adferunt interpretes Theologi de Incarnatione, celsitudine, & incomprehensibilitate Dei. Quid si hoc veluti argumento silentium indixerint prisca sapientes? Veteres enim Romani, teste Plinio Lib. III. Cap. v. arcanum Urbis nomen siue Dei Tutelaris noluerunt innotescere, ne ipso cognito hostes carminibus & præstigijs, ut notat Plut. in Quæst. Rom. Deos euocarent. Ideoq; vincetos tenebant, ne aliò diuerterent. Taceo Oblivioni antiquitus Aras fuisse dicatas. Carmen autem quo Dij euocabantur cum ciuitas oppugnaretur, ex Libro v. rerum reconditarum Samonici Sereni à Macrobio Lib. III. Saturnal. Cap. IX. hic subdam. *Si Deus, si Dea es, cui populus, ciuitasq; Carthaginensis est in tutela, teq; maxime ille, qui Urbis huius, populiq; tutelam recepisti, precor venerorq; veniamq; à vobis peto, ut vos populum ciuitatemq; Carthaginensium deseratis, loca, templa, sacra, urbemq; eorum relinquatis, absq; his abeatis: ei; populo ciuitatiq; metum, formidinem, oblivionem iniiciatis, proditiq; Romanam ad me meosq; veniatis; nostraq; vobis loca, templa, sacra, Urbs acceptior probatiorq; sit: mihi quoq; populoq; Romano militibusq; meis præpositis sitis ut sciamus, intelligamusq;. Si ita feceritis, VOVEO VOBIS TEMPLA, LVDOSQVE FACTVRVM.*

Statuas porrò certis incantationibus in confinibus Imperij sub terra defossas reperio, quæ barbaros intra suos limites continere credebantur, de quibus in Heliogabalo (vel ut

in

in quibusdam numis Elagabalo ) Spartianus , & in Aureliano Vopisius . Inuentum certis locis sacrifici u facere ; qua Barbari transire non possent . Hinc apud Photium : Historicus ait à Valerio quodam intellexisse de statu argenteis magia excantatis ad prohibendum barbarorum accessum . Quò spectat Codini relatio qui ait : Thieneum fabricasse tres Ciconias easq; excantatas magia sibi obuersas statuiffe , quo facto , eam regionem non amplius Ciconiarum insultu laborasse .

Celebris est inter multas Ara ab Atheniensibus peste laborantibus Apollini consecrata . De qua Bessarion in Apologia Platonica Lib. I. Cap. VIII. Quia aliquando Athenenses Apollinis oracula sciscitanti , quo pacto à pestilentia , qua maxime vexabantur , possent liberari , huiusmodi responsum acceperunt . Ita demum sospitem futuram ciuitatem , si illius Aram , cuius figura cubica erat , duplicarent . Mitto Aram Veneri erectam , Musis pariter , Gratijsq; à Dosiada sacratam . Aram quoque Pythiam Publilij Optatiani Porphyrij , de quibus uberrimè Clarissimus nostri æui Philosophus Fortunius Licetus .

Verum & Aris Statuas Deorum addidisse Veteres , ostendit marmor elegans apud Adem Vici Ciuedati in agro Brixiensi :

MERCVRIO MAXIMO  
 CONSERVATORI ORBIS  
 C. SILIVS FVNDANVS  
 C. FIL. QVIR. XV. VIR  
 SACR. FAC. STATVAM  
 ET ARAM CC.  
 V. S. L. M.

Palladia locis sacris olim ritu non admodum dissimili vota , docet in Heliogabalo Lampridius : Signum quod Palladium esse credebat abstulit , & auro vinctum in sui Lei templo locauit . Rectè quidem credebat . Innumera enim Palladia in Vrbe extabant , ut auctor est Strabo . Palladium verò fuisse ligneum sigillum constat ex Olympiodoro : Palladium paruum signum ligneum , quod esse aiebant magia sacratum ad custodiendum imperium Troie . Sic Io: Antio-

tio-

tiochenſis de Principatu: Palladium in Troia ſigillum erat ab Aſio quodam Philoſopho fabricatum in tutelam Urbis. Imò reliquorum etiam Deorum ſimulacra in Votum coëmpta, oſtendit Ruſus Feſtus Auienus:

*Venditor inſignem referens de marmore Bacchum*

*Expoſitum pretio fecerat eſſe Deum.*

*Nobilis hunc quidam funeſta in ſede ſepulchri*

*Mercari cupiens compoſiturus erat.*

*Alter adoratis, ut ferret munera templis.*

*Reddebat ſacro debita VOTA loco.*

Effigies etiam Deorum Votis præpoſitas canit Val. Flac. Ar-  
gon. Lib. v.

*Nec dona, nec Aræ*

*Deſuerunt tellure meâ: veneranda fluentis*

*Effigies æ Phæſi manet.*

Aræ præterea Aræ loco erant, quum non minùs Aræ, ſeu loculi deſunctorum, quàm ipſæ Aræ, ex Voto exſtruerentur. Quod ſatis comprobatur Inſcriptio Romæ propè S. Apollinaris ædem in Hortis quondam Card. Rothomagenſis.

COCCEIÆ. NICE. DOMITIÆ

F. CHRYSÆ M. MERCURIO

VIX. ANN. XXIV. M. LIII. D. XXIII

HERMES. COCCEIVS. BASS

ACT. CONTVGE. BENE. M

ÆTERNAM. TIBI. SEDEM. HERMES. ARAMQUE

DICAVI. ARAMQUE

NICE

Cetera liquæ nihil ad rem noſtram, in laborioſo Gruteri Inſcriptionum opere curioſis patent.

Hinc fortaliſs ad Principum decus pro tumulis erecti anti-  
quitiſs tot Maſoleæ, tot Obeliſci, ſeu Pyramides. Rem te-  
rigit Statius Lib. v. Sil. 3.

*Atq; utinam fortuna, daret mihi Manibus Aræ,*

*Atq; utinam templis opus, æriamq; aducere, molem*

*Cyclopus scopulos ultra, atq; audacia saxa  
Pyramidum, & magno tumulum pratexere luco.*

Defunctis verò Ara etiam dicari consuevit, quemadmodum ex veteri lapide ostendit vir Cl. Ioan. Meursius de Funere Cap. xxxi. Druso veterem Aram fuisse sitam scribit Tacitus 11. Annal. Huic autem cupresso vittisq; nigris, aut cæruleis decoratæ per Anniuersarias exequias imposita fuisse munera colligo ex 111. Aeneidos:

*stant manibus Ara  
Ceruleis mæsta vittis, atraq; cupresso.*

Æt. v. vers. 100.

*focij, quæ cuiq; est copia, lati  
Donaserunt, onerantq; Aras, mactantq; iuencos.*

Vbi Vaccam sterilem fuisse mactatam, ex Homero 11. Iliad. manifestum est. Nigras etiam oues prægnantes, ex Euripide in Hecuba. Hinc Tibullus Eleg. 11. v. 64.

*Concidit ad magicos hostia pulla Deos.*

Aliàs cadauere rogo imposito, cum ignis subijceretur, Amici extrema Dona simul cremanda conferebant. Huius rei manifestum est indicium apud Cl. Io. Galuanum, vbi in lucerna antiqui operis ænea ritus funebres eleganti artificio exhibente amicus quidam vasculum preciosi, ut videtur, odoris gestat. De quo, modò negociorum moles permittat, non pauca antiquitatis ille condus ac promus in publicum adferet. Ita apud Euripidem in Oreste Helena ad Electram:

*Accipe inferias has in manibus & comas meas,  
Pergensq; ad sepulcrum Clitemnestra  
Dimitte ibi mel cum lacte mistum, & vini spumam,  
Et stans in summo tumulo dices ista:*

HELENA SOROR DONAT DE HIS INFERIIS.

His etiam animalia defunctis olim cariora accessisse patet, apud Homerum 22111. Iliad. ubi gemini catelli pyrae imponuntur. Simile quid obseruasse Aegyptios mihi persuadet, quod Vir egregius Io. Vveslingius è Pyramide exemptum

D cum

cum caduere humano, morte generis condito, dentibus eximie  
renidentibus Catulum possideret. Sed cuius conspectum  
nobis inuidit hibernæ navigationis tempestas, quæ dubiè sa-  
ctati Nautæ pro superstitione recepta possessorem tardis pre-  
cibus exorabant, ut eorum illud longi itineris monumentum  
Neptuno furenti deuoueret. *Cretenfis* (inquit Iulius Firmicus  
*Lib. de err. Proph. Rel.*) *ut furentis Tyranni (Iouis) seuitiam miti-*  
*garent, festos feriens dies statuunt, & annum sacrum et cetera consecratio-*  
*ne componunt, omnia per ordinem facientes, quæ uer moriens aut fecit, aut*  
*passus est.* Quibus eleganter subiungit idem: *sic in honorem tyran-*  
*ni à se uiente plebe Deus factus est, qui habere non potuit sepe uictam.* Quo  
certè sarcasmo de inepta hac apotheo si nihil adferri potuit  
uerius.

In funere quoque non nisi diem *Kali* inaugurationem habuisse  
annotat Donatus in Phormionem Terentij. Veteribus enim  
nonus dies ut nascentibus erat lustricus, ita mortuis festiuis.  
Vnde Nouendiales ferie apud Festum, quas Paulus ibidem  
à numero dierum dictas censet. *huic quoque ego tribuisti*  
Huic referenda fuerit cogitent eruditi tabula marmorea  
cupressum continens duobus uitis utrinque cinctam, cui præter  
duo nomina ΑΤΑΙΒΩΩ ΚΑΙ ΜΑ Α ΒΗΑΩ diuersi inscripti  
erant characteres Græci, Hebraici, & Chaldei, ut refert de  
Statuis Romanis Vlysses Aldrouandus in monte Quirinali  
apud Cardinalem Carpensem. Adde, sintne de simili Ara  
hæc Senecæ Cap. xlv. de Tranquillitate animi intelligenda,  
ut suspicor; *Tumulus in quo Casari Deo nostro hebat quotidianum sacrum.*

FORA, & PORTICVS Dijs eadem ratione à Veteribus  
consecrabantur, Dione teste Hist. Rom. Lib. xliii. Iulius Casar  
etiam Forum & Templum Veneris, quam sui generis auctorem ferebat, con-  
secrauit. De Foro à Casare constructo Suetonius. Nullum lar-  
gitionis, aut officiorum generis publicè, priuatimq; omisit. Forum de man-  
bijs inchoauit. diuis area supra sesterium millies constitit, quæ summa  
secundum Budei calculum, uicies quinquies centena millia  
coronatorum efficit. Item, Forum Obsoniorum, & Gymna-  
sium

sum, à Nerone dedicatum memorat idem Dion. Lib. lxx.  
De Porticu idem Lib. xlix. *Emilius Lepidus Paulus Porticum, quæ  
Pauli dicitur in Consulatu suo dicavit. In hanc rem est prope Puteo-*  
*los in saxo hæc Inscriptio:*

IOVI. VICTORI  
TREBONIVS. GALLVS. COS  
PORTICVM  
EX. VOTO. FECIT  
DEDICAVIT. X. KAL. MAIAS  
APRIG. ANNO. M. ATI... COS

Romæ etiam hæc videtur in basi quadrata, magna litera pal-  
mari oblonga, Anno M D LIIV. reperta in viculo fabrâ ferrâ-  
riorum, retrò Pompeij theatrum, quam Pighius V. C. vidit &  
exscripsit.

GENIO. IOVII. AVG.  
IOVIA. PORTICV. EIVS. A FVNDAMENTIS  
ABSOLVTA. EXCVLTAQVE  
AELIVS. DIONYSIVS. V. C. OPERI. FACIVNDO

Cur autem Iouia Porticus, nisi quod vel rebus Ioui factis,  
aut lætis & Ioue dignis dicarentur? Silvano etiam. sacratam  
fuisse Porticum ostendit tabella marmorea Lucij Fauni ætate  
Romæ eruta, quam in vinea Card. Carpensis in Quirinali vi-  
dit Smerius.

SILVANO. SANCTO. LATINA  
L. VALLIVS. SOLON  
PORTICVM  
EX. VOTO. FECIT  
DEDICAVITQVE. K. APRILIB.  
PISONE. ET. BOLANO. COS

Eidem cum porticu, exedra & signum æneum dicata à C. Austunio medico patet ex Inscriptiōe Romæ in Auenti-  
no in hortis Maximorum.

Æsculapio pariter & Hygiæ Porticum ex Voto dicatam  
fuisse, indicat marmor Albæ Iuliæ apud R. P. Iesuitas :

ÆSCVLAPIO. ET  
HYGIAE. P. AEL. SY  
RVS. AVG. M. SEP. APVLE  
ET. VALE. SEVERA. CON  
IVX. ET. AEL. SYRA. FIL

EXI. VOTO. PORTICVM

PEDES. XXX

Quemadmodum verò Porticus frequentabant sapientum  
congressus, ita etiam BIBLIOTHECAS procul abesse no-  
luerunt Veteres, ut ex præclaris ingeniorum monumentis de-  
pendens mortalium gloria in Deorum tutela esset. Suetoni-  
us in Augusto Cap. xxix. *Templum Apollinis in ea parte Palati-  
næ domus excitavit, quam fulmine iclam desiderari à Deo haruspices pronun-  
tiarant. Addita Porticus cum Bibliotheca Latina Græcâq;.* Ideoq; hæc  
Bibliotheca Apollinis dicebatur. Latinæ Inscriptio Romæ  
in ædibus Maffecianis ad Agrippinas Thermas in tabella mar-  
morea adhuc exstat :

SVLPICIAE

THALLVSAE

ANTIOCHVS. TI. CLAVDI

CAESARIS. A. BYBLIOTHECA

LATINA. APOLLINIS

CONIVGII SVAE

BENE. MERITAE

Inde Horatius Lib. i. Epist. iiii.

*Scripta Palatinus quacunq; reponit Apollo.*

Græcæ etiam Bibliothecæ Inscriptio à Grutero refertur :

C. IV.

C. IVLIVS. C. L. PHRONIMVS  
A. BYBLIOTHECA. GRAECA

Idem Imperator Bibliothecas in Palatio, teste Dione Hist. Rom. Lib. lxxi. perfecit, & dedicavit. Quae etiam Porticus & Bibliothecas à sororis nomine Octavianas dictas ex manibus Dalmatorum extruxit, referente eodem Lib. xlix.

Libri quidem in Bibliothecis supra arbores plumbeas reponerentur, ut etiam Marlianus notat in Topographia, ubi de Palatino monte agit, & sanè Io: Argolus variae eruditionis laude dignissimus politioris literaturae in Gymn. Bononiensi Professor fatetur se vidisse arborem plumbeam Lauri speciem cum folijs expansis, quibus nondum aurum decesserat, in vinea Ronciana in Palatino monte sita, erutam ea parte, quae vergit ad Auentinum, de qua cum quid esset à doctis deliberaretur, ex arboribus ille unam esse censuit, quibus Libri Bibliothecae imponebantur. Hanc ipsam cum post aliquot annos Romam reuersus à Ronconis expeteret, arborem igne conflam reperit. Bibliothecam in templo Traiani fuisse, Gellius Lib. i. r. testis est: *Sedentibus fortè nobis in Bibliotheca Templi Traiani.* Bibliothecam verò Capitolinam templo Iouis contiguam arbitror, quam Eusebius tempore Commodi exaruisse scribit, atq; Orofius repetit Lib. vii. Cap. xvi. Fuit & in Templo Herculis Tiburis, de qua Gellius: *Prorsus è bibliotheca Tiburti, quae tunc in Herculis templo inscripta satis conuolè erat.* Et alia in templo Pacis ex eodem Gellio Lib. xvi. Cap. viii. *Commentarium L. Aelij, qui Varronis Magister fuit, studiose quaesiuimus, eumq; in Pacis Bibliotheca repertum legimus.* Hæc tempore Imp. Commodi vnà cum Palatina conflagrauit, ut scribit in eius Vita Herodianus, & Galenus in vita propria indicat, ibiq; multa à se scripta interiisse. Extra Romam pariter mos iste adoleuit. Ammianus Lib. xxi. *Inter templa emanet Serapeum, in quo Bibliothecae fuerant inestimabiles; & loquitur monumentorum veterum concinna fides, septuaginta volumina millia; Ptolemai Regis vigilijs intentis composito bello*

bello Alexandrino, dum diripitur civitas, sub Dictatore Casare conflagrasset. De eodem Sarapeo Tertullianus Apol. Cap. xviii. Hodie apud Sarapeum Ptolomaei Bibliotheca tum ipsis Hebraicis literis exhibentur. Sic Constantinopoli in S. Sophia Bibliothecam fuisse Nicophorus meminit, & passim nunc in templis Bibliothecas ceruimus, easque ferè apud Coenobitas solum conseruatas lego. Plyn in nostro ad Bibliothecas Patuinas Prologo,

## CAP. V. T. III.

## De Ludis Decimis, Hecatombis, alijsq; donis

ad Nota spectantibus  
**I**nter Nota autem diuersa nihil ferè solemnius, quam Ludi di Dijs nuncupati, quibus numina placari, aut fallis (ut eleganter D. Augustinus de Ciuit. Dei Lib. xviii. Cap. xii.) eorum criminibus expiari crimina putabant. Eos autem Magistratus ad bellum iturus mouebat, Sibyllinis verbis, Augurijsve introductus: qui deuictis hostibus Roma fiebant. Quomodo autem hi uouerentur, quibusq; solennitatibus, apud Liuium Lib. xxxix. videre est. Inter eos fuerunt Ludi magni in honorem Iouis, a Q. Fabio Maximo Dictatore pro victoria de Carthaginensibus habita voti, aris  $\text{ccc xxxi i i}$  millibus, bobus Ioui  $\text{ccc}$ . &c. Hiq; Quinquennales erant, ut in Liuiio Lib. xxvii. Item Decennales, & Vicennales, qui decimo, vel vigesimo Imperij anno fiebant. *Secularibus* ludis initium reddidit Valerius Maximus Lib. ii. Cap. i v. qui memorat Valesium quemdam, valetudine liberis peste ad desperationem usque medicorum laborantibus restituta, Diti Patri Proserpinæ hostias nigras immolasse, Ludos, & Lectisternia continuis tribus noctibus, quia totidem filij periculo liberati erant, fecisse. Quem postea secutus Val Publicola, apud eandem Aram trinoctio Ludos fecit, quod indicat saxum in Terento campi Martij loco repertum.

**PROSERPINALI CONSECRAVEI**  
**LVDOSQUE HISDEM DIEIS**  
**POPULO ROMANO SALVTIS**  
**ERGOM FIDELI**

De his Ludis Lilius noster audiatur. Eodem anno Ludos fecit  
 Caesar ingenti apparatu fecit, quos centesimo quoque anno is enim ter-  
 minus seculi fieri mos. Hi ut decimo centesimo quoque anno  
 repetantur, tam commentarij Quindecim Vitorum, quam Di-  
 uit Augusti edicta testari videntur.

Fuerunt etiam Ludi Victoriae a L. Cornelio Sulla instituti  
 bello ciuili, & alij propter victorias C. Caesaris Aug. de quibus  
 in Caléd. Rom. ante laudato. Quod etiã spectabãt Apollinãres  
 dicti, de quorum origine Lilius Decadis iij. Lib. v. vj. vij. & x.  
 Inuenales Nero primus instituit, cum barbã poneret. Et  
 prater hos fuerunt & Inuentutis, quos Salinator Senensi præ-  
 lio forsan pro iuuentutis salute vouit.

Ludi prater ea Triumphales post insignes victorias fiebant.  
 Natalicij etiam in Natalibus Principum celebrabantur. In  
 quorum adulationem pro reditu pariter Ludos vetulos fa-  
 ctos fuisse inuenio: ut pro reditu Augusti indicat Inscriptio  
 effossa Anno M D XLVII. propè Agonem Romæ in area  
 S. Apollinaris.

**TI. CLAVDIVS. TI. F. NERO**  
**PONTIFEX. COS. ITERVM**  
**IMP. ITERVM**  
**LVDOS. VOTIVOS. PRO. REDITV**  
**IMP. CÆSARIS. DIVI. F. AVGVSTI**  
**PONTIFICIS. MAXIMI**  
**I. OVI. OPTIMO. MAXIMO. FECIT**  
 EX. SC

Sacri pariter in honorem Templi; teste Dione Lib. I r.

Miscelli ex horum genere quinam fuerint, apud Eruditos dubitatum lego. Varij generis fuisse indicat nominis ratio; quod etiam pluribus placuisse video, eosq; communi sententia inter Votiuos recensitos esse.

In tanta verò Votorum diuersitate, quibus gentes profanum religionis cultum ostentauerunt, nullum vel animi magnitudinem, vel fortunarum desiderium, magis testatur, quam DECIMÆ, quæ in acquirendis opibus maioris incrementi spe Dijs vouebantur, atq; in primis, Apollini, in pace; Herculi, in bello. Xenophon in Cyro Lib. I. Pecuniam de captiuis collectam partiri, eamq; quam Decima nomine, aut Apollini, aut Dianæ Ephesæ vocerant, consecrandam Prætores acceperunt. Item, de Manubijs Ethnicos vouisse Decimas, & reddidisse, significat Callimachus in Delum. v. 281. Decimas inquit tibi, (Apollini) obtulerunt, qui ad auroram, vesperam, & meridiem, et qui supra Boreæ domicilia litus habent, valde longæuum genus. Quò spectat illud Herodoti in Clío: Siste ad singulas portas aliquot ex tuis satellitibus custodes, qui vetent exportari opes, ut earum Decima Ioui necessario reddantur. Huius pietatis insignæ exemplum in Aeginetis recenset idem in Calliope: Collata autem pecunia decimam selegerunt, ex qua tum Deo qui Delphis est, tripod aureus ibi repositus, insists super tricipiti ex are colubro, proxime aram: tum Deo qui est in Olympia, areus decem cubitorum Iupiter: tum Deo, qui est apud Isthmum, areus septem cubitorum Neptunus. Hac parte selecta, cæteras inter se distribuerunt, pro suo quisq; merito accipientes. At verò ut sapienter Plutarchus de Pyth. Oracul. Iustitia DONARIA temperantia, magnanimitatis, dedicare Dijs Reges, & Principes conueniebat; non aurea & luxuriosa abundantia quæ obtingit pessimè viuentibus. Sed idem etiam fecisse eos, qui in bellum erant profecturi, clarum est apud eundem, ex quo etiam conijcere licet, eiusmodi donum publicis epulis fuisse locupletatum. Sic enim in Crauso ipse: Indicia eius auaritiæ hæc potissima censent, rationem quaestus & facultatum amplitudinem. Nam cum ab initio non excederent septuagies bis H-S, inde Rempublicam tractans, decimam facultatum suarum partem

partem Herculi sacrasset, praeuisset etiam populo epulum, ad haec singulis ciuibus Romanis tesseram annonariam trium mensium de suo dedisset, tamen antequam ad bellum Parthicum proficisceretur, subducto secum fortunatum suarum calculo, reperit in censu millies septingenties quater H.S. Similis huic occurrit apud eundem in Sylla locus; unde patet etiam extra bellum Decimas Herculi redditas. Auctoris uerba sunt: *Patrimonij sui uniuersi consecrans Sylla Herculi decimam, praeuisset splendidum epulum populo, tantoq; exuberantior usu apparatus fuit, ut quotidie magna copia cibariorum in annem proijceretur, uinum diffunderet quadraginta annis uetustius.* Verum non patrimonij tantum decimam reddidit ille, sed uniuersae suae substantiae, siue facultatis. Plutarchi enim uerba sunt: *ἀποθύων δὲ τῆς ἑσίας ἀπάσης ὁ Σύλλας τῷ Ἡρακλεῖ δέκατην*, ut mirum sit, Xylandrum Virum ceteroquin Graecarum literarum peritissimum haec, quam loco superiori, angustius traduxisse. Has qui offerebant proprie dicebantur *pollucere*, hoc est uouere atque offerre.

Ex eodem Plutarcho in Probl. ostendit Lilius Gyraldus erudito de Dijs gentium Opere in Vita Herculis, Romanos antiquitus Herculi fructuum Decimam soluisse. Causam reddit Plutarchus in Quæst. Romanis: *quod ijs quoque Romæ Decimas hominum Geryonis partem deposuit.* Tangit id etiam Cic. de Natura Deorū Lib. III. De thure sigillatim Plinius Lib. XII. Cap. xv. *Decimas Deo quem uocant Sabin mensura non pondere sacerdotes accipiunt; neque ante licet mercari.* Adeo uerissima sapientissimi Pythagoræ sententia, quam in uita eius refert Laertius, thure & libis magis placari Deos, quam Hecatombis. De ijs significantius Dion Lib. XLII. *Tyrijs omnia Herculis Donaria sustulit.* (Iulius Cæsar) *quod coniugem, & filium Pompeij in fuga recepissent.*

Nec rarior in PRIMITIIS liberalitas, quarum solutio alacris, & non perfunctoria fuit. Plin. Lib. XVII. Cap. III. Romanorum abstinentiam, & religionem commendans ait, *non degustasse eos uina, aut nouas fruges, prius quam sacerdotes primitias libassent.* Eos de fructibus Apollini Delio per Virgines fuisse missitatos iudicat Iulius Solinus; Laribus etiam, Calphurnius Poëta Siculus:

Hos quæ pomiferi Laribus consecrimus horti  
Mittere Primitias, & fingere liba Priapo  
Rogantes fauos damus & liquentia mella.

De quibus eruditè & plenè Porphyrius de Abſtinentia  
Lib. I. interprete Franc. de Fogerolles. Vetus ſacrificandi con-  
ſuetudo fuit per placentarum & fructuum oblationes, ut demonſtrauimus,  
unde voces *Duoia* primitia ex odoriferis plantis & fructibus: *Θυιά* ar-  
cula, in qua illæ primitiæ aſſeruantur: *Θυιά*, ara, ſuper qua primitiæ  
adolebantur; *Θύειν* actus ille adolendi, à verbo *Θύω*, quod eſt ſuffire,  
& *θυμιάω*, ſuffitus; ſicut etiam hodie *θύειν*, idem quod *θυμιάω* ſi-  
gnificat. Donarij genus iſtud meritò effert Plutar. de Pythiæ  
oraculis. Ego autem Myrincos & Apolloniatas laudo, qui aureas meſſes  
huc miſerunt; magis etiam Eretrienses ac Magnetas, qui hominum primitijs  
Deum donauerunt, ut frugum datorem paternum genitalem, ac humanum.  
Sed ante hos omnes Patriarcha Iacob Geneſeos Cap.  
xxviii. verſ. 22. *Cunctorum* (inquit) *quæ dederis mihi decimas offe-  
ram tibi.* Primitias etiam ſic exigit Dominus à filijs Iſrael per  
Moysen, Exodi xxv. verſ. 2. & 3. *Loquere filijs Iſrael, ut tollant mihi  
primitias: ab omni homine, qui offert ultionem, accipietis eas. Hæc ſunt  
autem quæ accipere debetis; Aurum, & argentum &c. & Cap. xxxv.  
verſ. 5. Separate apud vos primitias Domino. Omnis uoluntarius & pro-  
no animo offerat eas Domino: aurum, & argentum, & æs, hyacinthum, &  
purpuram &c. Itemq; Numerorum Cap. xxxi. verſ. 26. 27. 28.  
& 29. Tollite ſummam eorum quæ capta ſunt ab homine uſque ad pecus, tu  
& Eleazar ſacerdos, & principes vulgi: diuidesq; ex aquo prædam inter  
eos qui pugnauerunt, egreſſiq; ſunt ad bellum, & inter omnem reliquam  
multitudinem, & ſeparabis partem Domino ab his qui pugnauerunt & fue-  
runt in bello, unam animam de quingentis, tam ex hominibus quam ex bo-  
bus & aſinis & ouibus, & dabis eam Eleazaro ſacerdoti, quia PRIMITIÆ  
Domini ſunt.*

Morem hunc ad poſteros traductum ex Hebræorum mo-  
numentis oſtendit Cl. Theologus D. Aloyſius Nouarinus  
Schidiaſm. ſacroproph. Lib. v. num. 52. Agrippa Rex, licet magnus,  
magno tamen honori ſibi ducebat, ſi ad montem domus accedens acciperet  
ca.

*canistrâ Primitiarum super suos humeros, & deferret ad Sanctuarium.*

Apud Athenienses pariter Primitiæ in canistris repositæ à puellis ferebantur. Notat id Scholiastes Aristophanis in Acharnen. Per festam Dionysij diem apud priscos Athenienses Virgines nobiles, quæ ad pubertatem accesserant, tum primum canistros ferebant, qui canistri erant ex auro confecti, in quibus omnium fructuum impositæ erant Primitiæ.

HECATOMBAS præterea, vel centenas cuiusq; generis victimas vouere primorum mortalium exemplo Græcis, & Romanis antiqui moris fuit, cum bellum essent inituri; unde apud Plutarchum Marius cum Cimbris pugnaturus lautas manus ad Cælum tollens Dijs vouit se immolaturum centum boues: itemq; quoties peste, & graui morbo laborarent. Quod à Laconibus primum inuentum fuisse tradunt alij; Cleones, auctor est Pausanias Lib. II. pestilentia sedata æneum caprum Apollini pro Dono misisse.

De Hyperboreorum Hecatombis perquam lepidè Lyricorum Græcorum Princeps Pindarus Pyth. Ode x. interprete meo iudicio omnium optimo Erasmo Schmidio:

*festis dapibus ingiter*

*Latisq; acclamationibus maximè Apollo*

*Gaudet: videtq; videns mactationem*

*Arduarum bestiarum.*

Cuiusmodi Hecatombas Callimachi Scholiastes ὀροσθρῖας appellauit. Quæ certè, quicquid Stuchio visum, neutiquam ad eò ridiculæ, ut non innuant, Apollini ingenium rude literarum cultura fuisse consecratum, qui meritò eiusmodi mactationem risit. Illud verò obseruandum significanter admodum Poetam dixisse ὕβρις, quam vocem Henricus Stephanus Græcarum literarum aliàs scientissimus insolentiam vertit, Schmidius rectiùs mactationem. At verò longè maior Græcæ vocis emphasis. Idem enim videtur significare quod Italis strapazzo, cui satis conuenit laruinatio: ut rectè apud Cornelium Celsum in Procemio Lib. I. loco latrocinantis medici, non

sine vetustissime membranæ Florétinæ assensu, laruantis substituerit V. C. Io. Rhodius Amicissimus noster in suis ad elegantissimum Auctorem emendationibus. Etsi verò Κνωδάλορ propriè animal significet *marinum*, abusuè tamen hic pro terrestri usurpatur, cuius appellatio deriuata *παρὰ τὸ κνώσσειν*, quod Scholiastæ Pindari est *dormire*; aptius, ut monuit Græcæ linguæ peritissimus Gulielmus Sojerus, *pigrescere*, cum isti anima propria sit pigrities: ad quam egregiè allusit omnis scientiæ parens Homerus, dum Aiace[m] à pugna tardo gressu recedentem Asino comparat Il. xi. ubi notat Eustachius Poetam manifestare τὴν ἥρωος βεβαίον καὶ ἀνένδοτον, inuictam Herois fortitudinem. Quod verò ab interpretibus omissum video, ingeniosè suggestit laudatus modò Amicus noster, bruta Dijs ingrata peculiariter in sacrificium ipsis venisse. Quorsum enim Caper Baccho immolatus, nisi ut de vitium pernicie vindicta sumeretur? Vnde Poeta elegantissimè

*Vite caper morsa Bacchi mactatus ad aras*

*Dicitur ultoris.*

Quorsum & Mineræ porcus, nisi quòd is Deæ ob immunditiam inuisus? Sed etiam in rei gratæ memoriam Romani diuersa animalium simulacra voti inditia reliquerunt. Æneam Lupæ infantium nutricis statuam inauratam in Capitolio visam sua ætate notauit Lactantius Lib. *de falsa religione* Cap. xx. qualis adhuc auri expers ibidem cernitur. Eandem cum Remo & Romulo consecratam Romæ cecidisse scribit Dion Hist. Rom. Lib. xxxvii. Centaurum inibi Cic. de Diuinatione Lib. i. suo tempore ictum de Cœlo memorat: & argenteum Anseris simulacrum obseruauit Virgil. Lib. viii. *Æneid.*

*Atq; hic auratis volitans argenteus anser*

Item in Capitolio in cella Iunonis erat Canis æreus vulnus suum lambens: cuius eximium miraculum (inquit Plinius Lib. xxxiv. Cap. vii.) & indiscreta veri similitudo non ex eo solum intelligitur, quòd ibi dicatus fuerat, verum & noua satisfatione: nam summa nulla pars videbatur. Capite tutelarios cauere pro ea instituti publici fuit.

*Æneam*

**A**neam fuisse statuam Lupi apud Delphos tradit Pausanias, inter Lucidem, & Phocidem Nicander lapideam; quali adhuc priscae libertatis indicio superbit Senensium ciuitas Etruriae delictum.

Nostrorum vero temporum consuetudinem dicandi in Templis exquisitae nouitatis belluas, aut ex remotis orbis partibus aduectas, antiquissimum esse ostendit in Adriano è Xiphilino Dion Lib. lxxix. Eodem tempore Adrianus Templum Iouis Olympij, in quo ipsius quoque statua posita fuit, Athenis adificauit: iussitq; in eo Draconem allatum ex India collocari. Ad hanc Paulus Macuius eleganter alludit Embl. xxvii. hoc Tetrasticho:

*Suspensi tempus fertur Crocoailus in altis,  
Arceat, ut visu noxia monstra suo.*

*Sic terrere malos est consuetudo malorum,  
Moribus improbitas sic inimica malis.*

Animantibus in uniuersi pulcritudinem à sapientissimo conditore productis, ne quid religionis pompa desideraret, AURVM mortalibus usibus charissimum successit. Hoc enim Dijs quoq; votum, testis mihi Liuius noster Lib. viii. C. Sulpitium Dictatorem auri ex Gallicis spolijs satis magnam pondus, saxo quadrato septum, in Capitolio sacrauisse. Duæ autem erant sacrandi auri causæ; Voti, & Triumphi, ex Tacito Annal. xvi. I. q; eam prædam etiam Dijs cessere spol. atis in Vrbe templis, egeitq; auro, quod triumphis, quod votis, omnis P. R. atas prosperè, aut metu sacrauerat. Tale fuit Iasonis votum Palladi ac Iunoni factum: quod eleganter expressit Valerius Flaccus Argonaut. Lib. i.

*— vestris ego mecum vellera templis  
Illa dabo, dabit auratis & cornibus igni  
Colla pater, niueiq; greges altaria cingent.*

Nec tamen hisce aduersatur Pindari Scholiastes, qui contendit. Marti olim sacrum fuisse aureum Vellus, sic enim Flac.

*Effremit his quassatq; caput, qui vellera dono  
Bellipotens sibi fixa videt.*

Sed

Sed & statuas ex omni metallo dicatas fuisse passim legere est. Suetonius in Augusto Cap. xxxi. *Opera eius manentibus ritualis restituit, ac Statuas omnium triumphali effigie in utraq; Fori sui porticu dedicavit.* Auream Statuam & solidam primus hominum teste Plinio Lib. xxxi r. Cap. iv. sibi posuit Georgius Leontinus, Delphis in templo. sicuti in Donarium Pompeius Magnus Vitam auream cum botro in Templo Iouis Capitolini sacravit. Erat autem quingentorum talentorum auri titulum habens ARISTOBOLI FILII ALEXANDRI REGIS.

Inter Donaria etiam sacratas fuisse *Secures*, Plutarchus auctor est Lib. *cur suo Pythia non reddat oracula*. Bipennes item video, apud Pausaniam in dedicatione Tenedicarum Bipennium.

In magnis autem Reipublicæ periculis moris apud Romanos VER sacrum vouere. Quod auctoritate Collegij Pontificum multis solemnitatibus peractum, continebat quicquid ex suis, ouibus & agnis inter Calendas Maij & Idus Maij editum fuisset. Item placandæ Deorum iræ indicere consueverant antiqui, Donaria Dijs adferre, hostias mactare, epulas & Lectisternia parare. Conuiuia enim in templis Dijs tamquam epulaturis aut cubituris lecti sternebantur. Audiamus Liniū fidissimum Rom. Hist. scriptorem Lib. xxix. *Decretum, ut ea prodigia partim maioribus hostijs, partim lactentibus procurarentur; & uti supplicatio per triduum ad omnia puluinaria haberetur &c.* Id Decem-virorum decretum est. Ioui primum donum fulmen aureum pondo quinquaginta fieret: Iunoni Minervaq; ex argento daretur, & Iunoni Reginae in Auentino, Iunoniq; Sospita Lanuuij maioribus hostijs sacrificaretur; matronaq; pecunia collata, quantum conferre cuiq; commodum esset, donum Iunoni Reginae in Auentinum ferrent, Lectisterniumq; fieret. Et si verò votis, cū ea exsoluerentur, sacrificia accederent, de his tamen sigillatim tractare nostri non est instituti, cū in hoc argumento Doctorum Virorum diligentia nihil ferè intactum omiserit.

Luci pariter Dijs sacrati: Iuuenal. Satyr. i.

Nulli

*Nulli non magis domus est sua, quam mihi Martis*

*Lucus.* Neq; veteribus satis fuit suis Dijs Templo, Aedes, Aras, Elydos vouisse, sed eadem religione Numismata cęlare consueverunt, capitibus Deorum & Dearum à tergo insculptis.

Ultra hæc omnia Vcteres Dijs etiã sacrabant Vrbes, Thermas, Balinea, & reliqua opera: Item Cantharos, & aureas Cortinas. Apuleius Lib. ix. Metamorph. *Cantharog; & 452 simulacro, quod gercbam, apud Fani D E N A R I V M reddidit ac consecratis, altera die productum me rursus voce preconis veni subiiciunt.* In hanc rem olim Inscriptio Ferrarię.

T. VIBIVS

ZOTICVS. VI

VIR. AVGVSTAL

LIBERVM. PATREM

CVM. REDIMICVLO

AVRIFIC. ET. THYRSO

ET. CANTHARO. &c.

De Cortinis Suetonius Cap. li. de Augusto: *Aureas Cortinas Apollini Palatino dedicavit.* Quadrige etiam dicatę templis Prop. Lib. ii. Eleg. xxxi.

*Auro Solis erat supra fastigia curvus.* Gemmas varias itidem, Picturas, Vasa summorum artificum, Clypeos, Arma, Trophęa, Vestes pariter, & Coronas ex auro & gemmis, plerumq; Numinibus votas, & voto perfoluto dicatas, inuenimus.

Nec coronas solum & res materiales, sed homines Deo consecratos reperio. Vnde Macrobius Lib. iii. Saturn. Cap. viii. *Cum cetera violari nefas, hominem sacrum: irs fuerit occidi.* Ex quo more opinati fuere quidam exortam fuisse consuetudinem, Christianos se votis obstringere, & aliquando creptos ex periculo sacris initiari, hoc est, a mundanis separati. Seruius namq; referente Macrobio Lib. iii. Cap. iii. *Religionem esse diſſam tradidit, qua propter sanctitatem aliquam. ren. et. ac seposita à nobis*

fit:

*fit: quasi à relinquendo dicta. Separationem verò à consecratione non fuisse diuersam liquet ex Numeror. Cap. vi. vers. 5. 6. & 8. Quod rectè intelligit Tostatus de voto Nazaræorum, qui nihil aliud significant, quàm separatos, ut notat idem Quæst. III. in locum modò adductum. Huc referri posse videtur votum Doctoris gentium, qui Epist. ad Romanos Cap. IX. Anathema fieri desiderat. Quod ex Budæo Cornelius à Lapide rectè separationem, siue secessionem, hoc est, exitium interpretatur. Hinc verè S. Maximus de Charitate Centur. 2. Cap. 94. *Votum est sponsio proborum virorum, qui iuxta promissionem se offerebant Deo. Atq; inde votis obstrictos, Deo votos & dicatos dicimus. Ab hoc voto parum dissidet eorum, de quibus egregiè Plutarchus Dial. de cohibenda ira: Ista pacta siue vota, ut non inelegantia, neq; aliena à Philosopho probavi, cum per annum pollicebantur se velle re venerea & vino abstinere, Deumq; continentia sua venerari: itemq; per certum tempus mendacio vacare, ut animaduertere possent, quomodo & in iocis & in serijs omnibus veritatem tenerent.**

De Vestalibus multa hîc addere superuacaneum erit, quandoquidem earum institutum accuratè inter multos expresserit Dionysius Halicarnassæus non minimæ auctoritatis de Rebus Rom. scriptor. Habitum antiquæ Vestalis videre est apud laudatum virum Io: Galuanum in statua aenea duorum ferè palmorum; tunicæ nempe ad collum corrugatæ superiniectus est bardocucullus, qui thoracem tegit non parum dissimilis ei, quo nostris temporibus sacrarum virginum Antistites utuntur. De Monialium nostrarum dedicatione eleganter Alci-  
mus, Poëta fidelis:

*Edidit ut quartam genitrix Prudentia, prolem,  
Teq; dedit luci partu secunda supremo,  
Confestim Christo victuram dedicat uni.  
At deinceps castum paribus seruare cubile  
Instituit VOTIS charo cum pignore mater,  
Et quò principium tam sancti fœderis esses,  
Te jam consecrat Christo, qui protinus ipsis*

Ac

*Accipit in cunis latentia membra dicatis.*

Nolo tamen hic præterire, Veteres vocasse eos *deuotos*, qui pro aliorum salute morti tradebantur, dictiq; à Græcis ij sunt *ἀντιφύχοι*, tanquam animam pro anima tradentes, ut ait Aristides in sacris orationibus: *quando dilecta anima pro anima, corpus pro corpore contribuitur.* Sic deuotos pro patria Decios, sic Curtium, sic Scæuolam, sic Codrum Atheniensium Regem, sic deuotum ab Adriano iuxta aliquos Antinoum accepimus. & in veteri epigrammate legitur:

*A quo vix audis sistro compefcitur Anser,*

*Deuotusq; sacris incola Memphitidis.*

Sic Sacri etiam, qui iure in immortalitatem recepti sunt: quod *ἀθάνατοι* Græci dixerunt. Capitol. in Marco: *Dati sacerdotes Antoniani, & sodales, & Flamines, & omnia quæ de Sacratibus decreuit antiquitas.* Idem in Septimio Seuero: *eumq; inter Diuos sacrauit.*

Deuotum item hominem fuisse magnis artibus fascinatum docet Tibullus Lib. I. Eleg. v. vers. 41.

*Tunc me discedens deuotum femina dixit.*

Clarius semet explicat idem Lib. modò adducti Eleg. viii. vers. 17.

*Num te carminibus, num te pallentibus herbis*

*Deuouit tacito tempore noctis anus?*

Huic simile illud Suetonij in Caligula Cap. III. *Clientelas diu vexanti, non prius succensere in animum induxerit, quam veneficis quoq; & deuotionibus impugnari se comperisset.* Huius loci videtur Veterum consuetudo, qua ad auertendam calamitatem publicam homo certis ritibus quamridiculis cōficiebatur. Vnde Ouidius in Ibi:

*Aut te deuoneat certis Abdera diebus,*

*Saxaq; deuotum grandine plura petant.*

Id in Saturnalibus factum scribit Porphyrius Lib. II. de Abstinentia: *Vbi extracivitatis portas prodicius atq; vino irrigatus coram magistratus confessu publicè condemnatus martabatur.* Eodem etiam auctore, *Phænices in magnis cladibus vel bellorum, vel pestilentia sacrificans Saturno aliquem ex carissimis sorte vel suffragio electum.*

F

CA-

## CAPVT V.

*Diuerfa Vouendi ratio.*

**S**ed ne singulis enumerandis immorer, videndum porrò quomodo VOTA instituebantur. Enim vero ea cum deprecatione, vel adoratione semper fiebant. Alij nempe Vota nuncupâtes prius deprecari Numina, vel adorare consueuerant. Alij vouebant Dijs, mox eosdem adorabant, eorum opem implorantes. Quos actus distinctos Græci uno vocabulo *προσδυσωβαι* significarunt. Ratio autem eiusmodi solemnitatis erat varia. Quidam enim humi more Persarum prostrati vota peragebant; Alij inclinato ad terram capite, unde Hebræis *incuruare* nihil aliud est quàm *adorare*, quod idem videtur sonare quod *odorari*; siquidem maxima ferè adorationis pars in odorum incensionibus olim constituebatur; quamquam *Adorare* etiam quidam volunt dictum ab ore, tamen si mente potiùs, quàm ore fiat vera adoratio. Alij capita pedibus Deorum subigebant, oculis pedes fatigabant: quod & hodiè fieri videmus. Vnde Apuleius: *Exosculatis vestigijs Dea, quæ gradibus hærebat argento formata, ad suos discedunt Lares.* Osculabantur etiam Deorum dexteras, Lucretius Lib. 1.

————— *portas propter athena*

*Signa manus dextras ostendunt attenuari*

*Sapè salutan: um, tacitè præterq; neantum.*

Nonnulli ritu apud nos frequentiori flexis genibus; Non pauci manuum protensione, & eleuatione. qualem ex antiquo marmore in monumentis Augustanis dedit Vir Consularis Marcus Velserus nunquam sine laude nominandus. Ara non rarò manibus tenebatur. Inde Virgil. vi. diuini operis:

*Talibus orabat dictis, Arasq; tenebat.*

Romani ex Pythagoræ instituto, capite velato sedentes adorabant. Plautus in Curculione Act. 3.

*Quis*

*Quis hic est, qui operto capite Esculapium*

*Salutat?*

Id est, adoratur ac veneratur; alij aperto. Et quidem vittis, mitris, coronis capita velabant; & aliquando inter sacra vestes ad aures vsq; atcollere solebant, partim quidam ut eo gestu & habitu humiliores se redderent; partim verò ne inter precandum triste quid aut ignominiosum aliunde occurreret, quo animi religiosa attentio turbaretur. Saturno verò sacra faciebant Romani aperto capite tamquam veritatis Numini, cui nihil obregere possent; Honori Deo itidem, quia aperta & patens sit gloria. Compressis etiam digito dexteræ labris, & osculis, quod pauperum erat teste Luciano de sacrificijs; quamuis & Principum id fuisse ex Suetonio notum sit; qui de Claudio, *manu veneratus est*. Modum disertè ostendit Apuleius in Lib. iv. Milesiar. de Psyche: *Multi deniq; civium, & aduenæ copiosi, quos eximij spectaculi rumor studiosa celebritate congregabat, inaccessæ formositatis admiratione stupidi, & admoventes oribus suis dexteram, primore digito in erectum pollicem residente, ut ipsam prorsus deam Venerem religiosis adorationibus venerabantur. Antiquis Græciæ, inquit Plinius Natural. Hist. Lib. xi. Cap. xlv. in supplicando mentum attingere mos erat*. Immo supplicantes ac vota concipientes, barbam tangere solitos obseruauit Homerus. Turcæ verò aduentantibus hodieq; barbam tangere in veneratione habent. Nonnunquam vota fiebant pressis Deorum genibus ac vestibus. Hinc Propert. Lib. ii. Eleg. xxviii. v. 45.

*Ante tuosq; pedes illa ipsa adoperta sedebit.*

*Narrabitq; sedens longa pericla sua.*

Cui sessioni Tertullianus de Orat. Cap. xii. irreuerentiæ crimen impingit. Sed & stando Vota fuisse concepta manifestat apertè Votum gemmæ incisum, quod inferius dabimus; & numismata id ipsum ostendunt. Interdum etiam supplicantes taciti Vota murmurabant, ut Anna uxor Elcanæ Lib. i. Regum. Inde Apuleius: *Tacitus preces in templo Deis alligasti. Causam attulit Seneca de Benef. Lib. ii. Vota homines parcius fa-*

cerent, si palam facienda essent: adeò etiam Deos quibus honestissime supplicamus, tacitè malumus & intra nosmetipsos precari. Quò allusit proculdubio Tibullus Lib. iv.

*Natalis quoniam Deus omnia sentis,*

*Annue, quid refert, clamne palamne roges?*

Hoc autem quo animi feruore peractum fuerit, testantur fatis M. Tullij Ciceronis verba Act. 6. in Verreim. Ibi (Agri- genti) est ex ære simulacrum ipsius Herculis, quonon facitè quicquam dixerim me vidisse pulchrius, (tametsi non tam multum in istis rebus intelligo, quàm multa vidi) usq; eò Iudices, utrius eius, aut mentum paulò sit attri- tius; quod in precibus, & gratulationibus non solum id venerari, verum etiam osculari solent. Prudentius contra Simmachum:

*Mox humeris positus nutricis, triuit & ipse*

*Impressis silicem labris, puerilia VOTA*

*Fudit, opesq; sibi caca de rupe poposcit.*

Eruditè, caca de rupe; id est, de Saxo, in quo Fortuna residebat.

Qua etiam animi puritate, ostendit recepta veteribus ma- nuum ablutio; quam neq; à Mario neglectam scribit Plutar- cus. Huius meminit Tibullus Lib. ii. Eleg. i. vers. 13.

*Casti placent Superis, pura iùm veste venit,*

*Et manibus puris, nite fontis aquam.*

Hebræi quoque veteri lege purificati ad Vota accedebant. Iudith. Cap. xvi. *Omnis populus post Victoriam venit in Ierusalem adorare Dominum, & mox ut purificati sunt, obtulerunt omnes holocausta, & VOTA, & repromissiones suas.* Cautè quippe Vota reddenda præcepit Tullius de Legibus. Munera verò cum manu offer- rentur, veteres Græcos memorat Plinius Lib. xxxv. Cap. 111. *Sapor appellasse Palmam.*

Vota etiam publicà, quæ pro Imperij æternitate, pro felici- tate Principis, pro re feliciter gesta, nonnunquam pro salute Ciuium, verbis solemnibus concipi solebant; aliquando præ- eunte Pontifice Maximo conceptis verbis ex tabulis scriptis fiebant, annotante Plinio Lib. viii. Cap. xxii. ne quid præposterè diceretur, ut ex Liuiio Lib. viii. patet. Hac tamen lege,

lege, ne interueniret luctus, quem inauspicatum ac detestabilem exsecrabantur. De Decimis Herculi à Sylla oblatis Plutarchus: *Medio hoc epulo, quod multorum fuit dierum, decessit ex mero Meirella. Quia verò vetuerunt sacerdotes ei illam adire, vel funere domum eius pollui, misit ei libellum repudiij Sylla, iussitq; spirantem adhuc in aliud domicilium transferri. Atq; hac in re leges curiosè ex superstitione seruauit: at legem funerariam, quam tulerat ipse, conuulsit, nullo habito sumptus modo.* Hinc perspicua sunt verba Capitolini in Pertinace. *Alius Caesar Votorum causa ab Adriano lugeri est veritus.* Luctus igitur alienus erat à Votis, quibus omninò Dona & Victimæ accedebant. Hinc apud Veteres superstitioni & Idololatriæ deditos celebrata fuere Taurilia Marti sacra, Sueouetaurilia ex ouibus & sue appellata; itemq; Puluinaria, Lectisternia, Peruigilia, Supplicationes, Funalia, Pocula; & præsertim Dijs Epulæ, Dapesq; opiparæ dicatæ erant, cum tamen nihil quicquam cibi, potionisq; sumere potuerint eorum falsa numina, sed sacerdotes illorum gulosi & ebriosi Idolis apposita deuorabant. Ioui Coronam, & Sceptrum, Phialamq; cum cœna dicatam comprobat è multis hæc inscriptio:

I. O. M.  
 OB. PVLLOS. A. Q. SER  
 TORIO. METELLVM  
 ADQ. POMP.  
 IVNIA. DONACE  
 CORON. ET. SCEPTVM  
 EX. ARG. MVNVS  
 ADTVLIT  
 FLAMINICAE. PHIA  
 LAM. CAELATAM  
 HIERODVLIS COE  
 NAM. DEDIT.

Epulum autem præter cœnam accessisse, ut cœna fuerit colonis data, populo epulum, ex titulo veteri non obscurum est, qui Auximi in Piceno.

L. PRAE-

L. PRAESENTIO. L. FIL  
 LEM. PAETO  
 L. ATTIO. SEVERO  
 PRAEF. COH. I. AFR  
 C. R. EQ. IVDICI. SELECTO. EX  
 V. DEC. PR. AVXIMI. PAT. COL  
 AEDILI. II. VIR. ANCONAE  
 VIBIA. L. F. MARCELLA  
 FLAMINA. AVGVST  
 MARITO. OMNIBVS. EXEM  
 PLIS. DE. SE. BENE. MERITO  
 ET. IN. DEDIC. STATVAE  
 CENAM. COLON. ET. EPVL. POP. DED  
 L. D. D. D.

Huic lucem addit alia ibidem reperta, quam literis humanissi-  
 mis Gabrielis Naudei hodie apud Illustris. Triuultios Medio-  
 lani extare intelligo.

AESCVLAPIO. ET. YGIAE  
 SACRVM

C. OPPIVS. C. L. LEONAS  
 VI. VIR. ET. AVG  
 HONORATVS. IN. TRIBV  
 CL. PATRVM. ET. LIBERVM  
 CLIENTIVM. ADCENSVS  
 PATRONIS. SANCTISSIMIS  
 COMMVNICIPIBVS. SVIS. D. D.  
 QVORVM. DEDICATIONE  
 SINGVLIS. DECVRIONIBVS  
 --X. III. AVGVSTALIBVS. --X. II. ET  
 COLONIS. CENAM. DEDIT  
 L. D. D. D.

Sed hæc communis erat multis nationibus vota faciendi  
 ratio: peculiariter Ponti, & Persarum Reges in montium iu-  
 gis pyra extracta sacrificium voto præmittebant. Quod Eu-

ganeos vetustissimos olim egisse, testantur adhuc in hisce montibus Patauinis inter Vicum Trium montium & Cænobium Benedictorum Prateleam cacumina, quæ à Viro Cl. & Patriæ studiosissimo Nicolao Campi S. Petri I. C. & Oratore disertissimo mihi nuper indicata etiamnum vulgari idiomate ARÆ appellantur. Atque ut Aræ Superis, ita Antra erant Dijs Inferis destinata. Adde quod Athenienses, cùm Dijs libassent, & pæana cecinissent, cælum suspicientes vota nuncupabant. Magos Parthorum Reges uti herba Nictegreto, quam inter pauca miratus est Democritus, ad vota suscipienda, scribit Plinius Hist. Lib. XXI. Cap. XI. Neq; Mysi unquam, nisi equi litati extis depasti, vota fundebant. Berenice magno submissionis argumento vota Deo solutura pede nudo & raso capillitio ante Tribunal Hierosolymis supplicasse fertur: Hinc Nudipedalia apud Hebræos orta. De quibus Ioseph Lib. II. de Bello Iud. *Iis qui morbo, vel alijs calamitatibus implicabantur, mos erat primum orare per triginta dies, & abstinere vino, atq; capillos radere: deinde nudis pedibus adire ad templum, hostiasq; immolare. Ad hæc sacra cum alijs sapius, tum id temporis præcipue recursum est, cum Nerone Principe, Florus Iudæ Præses miserandum in modum gentem opprimeret, quæ ob eius tyrannidem coacta est arma in Romanos ad extremum sumere, quo demum bello misera ferme tota deleta est. Igitur cùm Iudæi omnia prius humana similiter ac diuina experiri vellet, quàm bellum tentare; postquam neq; pretio, neque precibus potuerunt coercere sauitiam Flori, quippè qui ne sua maleficia per accusationem Romæ patefierent, Iudæos studio ad bellum suscipiendum stimulabat: Nudipedalia sacra VOVERUNT. Quod etiam à Pythagora traditum Lacedæmonij obseruarunt, qui nudis pedibus adorandum & sacrificandum accedere consueverunt. E diuerso Agyptiorum sacerdotes calceatos sacrificasse scribit Herodotus, & papyraceos quidem calceos gestasse.*

Vota tandem Persæ acerrimè concipiendi morem habebant, quem describit Plut. *Apud Persas genus supplicandi erat acerrimum & repulsa securum, si supplex cum igne in fluvium descendens minabatur ignem se abuelurum, nisi impetraret, quæ petebat. Apud Romanos*

MANOS

manos Vouendi formulam hanc dedit Linius Lib. xxxvi. Si duellum cum Antiocho Rege sumi populus iussit, & ex sententia S. P. Q. Romani confectum erit, tum Tibi Iuppiter P. R. ludos magnos dies x. continuos faciet, donaq; ad omnia puluinaria dabuntur de pecunia, quantum Senatus decreuerit. quisquis magistratus eos ludos quando cibiq; faxit, hi ludi recte facti, donaq; recte data sunt.

Priuata etiam VOTA ex istis familiari usu temporis progressu nata, peculiari variaq; solemnitate, semper tamen cum supplicatione, vel victima, siue sacrificio persoluebantur. Vnde Valerius Max. Lib. i. Cap. i. Prisco instituto rebus diuinis opera datur, cum aliquid exposcendum voto. Et quidem per eorum manus, qui vota faciebant, quemadmodum publica à sacerdotibus figebant. Manilius Lib. i.

*Delectiq; sacerdotes in publica vota  
Officio venere Deam.*

Diebus id fiebat statutis, qui festi dicebantur. Idq; vel horis matutinis, quibus Deos affidere templis & matutinis salutationibus adesse censebantur, vt verè Apollonius Thianæus scriptum reliquerit, primo mane cum Dijs esse versandum; Vel meridie, vt apud Indos; cuiusmodi hostiam Festus atram appellari scribit.

Priuatum Votum exhibet Gemmæ delineatio, quam ad me ex Museo Cl. Equitis Francisci Gualdi nobilissimus Io: Baptista Casalis amicus noster transmisit, in qua spectatur Matronarum Votum.



Ara enim Idolo Æsculapij figura serpentis, Votum forsan pro salute cuiusdam indicat. Huic matrona adstat amicta veste promissa, quam esse stolam suadet Ovidius Lib. III. de Ponto Eleg. III.

*Scriptimus hæc illis, quarum non vitta pudicos  
Contingit crines, nec siola longa pedes.*

Ad cultum accedit capillitium cincinnatum & benè compositum. De quo Propertius Lib. IV. Eleg. XII.

*Mox ubi iam facibus cessit prætexa manibus  
Vinxit, & acceptas altera vitta comas.*

Pectus hic fascia etiam succingitur, quod in Virginibus ad gracilitatem corporis maxime factum indicat Terentius in Eunuchio:

*Haud similis virgo est virginum nostrarum quas matres student  
Demissis humeris esse, vincto pectore, ut graciles fient.*

Manu præterea sceptrum gerit mulier, Imperatoris forsan aut triumphantis coniux; Aramq; manu tangit. Vicinior ei altera Deos precari videtur. Reliquarum una Laurum tenet vel Oliuam, altera coronam. Nunquid hic indicatur, quod est apud Hyginum.

*— dat vincenti præpes Victoria palmam.*  
Verè Præpes, ob inconstantiam fortis in bellis gerendis, & celeritatem euentuum.

VOTA verò non solum pro vario Deorum cultu, sed ex diuersa quoque mortalium conditione in monumentis veterum plurima occurrunt. Prima nempe Genij cura fuit: nec minori loco habita deinde fuerunt Natalitia; quibus iure succedunt Parentum Vota pro filiorum salute, ac libertate; atque his ipsis rursus Puerorum Vota, & nominatim Capillitia; Itemq; nubilium Virginum, imò Nuptarum Connubialia, Amatoria. Subditorum præterea in Principes bella suscipientes pietatem testantur passim militaria Anathemata. Nec Poetica munera, eorumve, qui se Musis dicarunt, Vota, aut Viatorum, siue Nauigantium, atq; inprimis ipsorum Nau-

rarum, qui inter mortales immensis laboribus vitam trahentes  
 haud postremis, ut merito Rusticis, ceteraq; Vinitorum, Pasto-  
 rum, Hortos colentium, Venatorum, Aurigarum, Piscatorum,  
 aliorumq; Operariorum turbæ antistent. Artifices sua etiam  
 producant dona. Et quæ non Agrotantium ac fatiscantis tan-  
 dem ætatis Vota! Ac ne quicquam omiserimus, Seruorum, ac  
 Gladiatorum in Deos cultum videbis: imò eorum etiam, quo-  
 rum deuotio, vel temeraria, vel scelestæ, quodq; in ijs rerum  
 diuinarum tenebris minimè mirandum, sæpe ridicula, atq; ab  
 omni honestate aliena. Vana hæc & profana fateor miseræ  
 gentis delitamenta, sed tamen ad eruditæ Antiquitatis noti-  
 tiam necessaria. Ista qui horres, moneo ad fidelium quæ cæ-  
 tera claudunt vota te serio conuertas,

*Et, magis principio grata coronis erit.*

## CAPVT VI.

### Locus Anathematum.

**C**eterum, DONARIA modò columnis, modò parie-  
 tibus, ac postibus, modò tholis, modò ædium fastigijs  
 suffigebantur. Sed etiam Imperatorum Statuis,  
 quemadmodum ex D. Ambrosij Sermone x. in Psal.  
 718. compertum est. Meminit etiam Propertius Lib. iv.  
 Eleg. xi. vers. 45.

*Nunc stola in templo tria condita, causa Feretri,*

*Omne quòd certo dux ferit ante ducem.*

De Tholis Arnobius Lib. vi. *Multa Tempora, quæ tholis sunt au-  
 reis, et sublimibus clara fastigijs.* Quid verò Tholus, ostendit Isi-  
 dorus Originum Lib. xix. *Tholi (inquit) quasi breuia scuta, ubi ex  
 ædificijs plures trabes coeunt.* Clarius adhuc Luctatius Placidius  
 ad Lib. ii. Thebaid. vers. 734. *Tholium est in media templi camera  
 locus, in quo NOVENTIVM primitiæ aut exuniæ figebantur.* Martialis  
 Lib. i. Epigram. 71.

Et

Et Cybeles picto stat Corybante tholus.

Corybanticorum autem sacrificiorum ritus præ se tulisse In-  
scriptionem Tabularum, quæ apud Cretenses in columnis as-  
seruabantur, reliquit Porphyrius de Abstinencia Lib. 11. Vir-  
gilius Lib. IX. vers. 411.

22 Dona tulit, si quæ ipse meis venatibus auxi.  
Suspenditæ tholo, aut sacra ad fastigia fixi.

Stattius Sil. 4. vers. 33.

— tamen accipit omni.  
Exuvias Diana tholo, captiuasq; tela.

Et Lib. 11. Thebaid. — figamq; superbis.

Anna tholo, qui quæ ipse meo quæ sitare uexi.  
— sanguine, quæq; dabis apris. Tritonia Thebis.

Omnium optimè Gulielmus Philander Lib. 4. C. 7. in Vitruuij  
de Archit. Lib. IV. Cap. VII. Tholus est adificia camera, quæ alijs  
crescens rotunda forma in fastigiatum cacumen desinit. Vnde Pan-  
theon Dioni Lib. 1111. verè Soloeidicè describitur, idest, for-  
ma Tholi: quale etiamnum videtur. Idem Philander ad  
Lib. VII. Cap. V. adhuc planius: Tholos intelligimus erectiores came-  
ras Templorum hemisphæris, idest, Cuppulis, quæ solitas. In ornitho-  
trophio etiam Tholum posuit Varro de Re Rustica Lib. 111.  
Cap. V. Aliàs Tholus Palladio tuguriolum, ubi Monachi, aut  
Anachoretæ inclusi vitam agebant, quemadmodum ex Hi-  
storæ Lausiacæ Cap. XLIII. notauit Ludouicus della Cerda  
Aduers. Sacr. Cap. 171. Tholum tandem locum, siue adifi-  
cium fuisse rotundum, in quo singulis diebus Senatores  
L. Prytanenses simul cœnabant, testis Iulius Pollux. quinam  
verò essentij, præter Sudam docet idem aperte. Fuisse etiam  
locum in Balneis, obseruo apud Athenæum Lib. XI. C. 18.

Lacunaribus pariter affigebantur Spolia. Propertius Lib.  
111. Eleg. X.

Annibalis spolia, et victi monumenta Syphacis.

*Et Pyrrhi ad nostros gloria fracta pedes.*

*Currius expletis statuæ monumenta Lacunis.*

**Fastigijs etiam Silius Italicus Lib. xiv.**

*— Captiuis fulgentia culmina rostris*

*Armaq; fixa Dijs.*

**Omniumq; plenissimè Staius Thebaid. Lib. vii. vers. 53.**

*Terrarum exuuiæ circum, & fastigia templi*

*Captæ insignibant gentes, celataq; ferro*

*Fragmina portarum, bellatricesq; carina*

*Et vacui cursus, protritaq; curribus ora.*

**Quam consuetudinem antiquissimam colligimus ex Herodoti**

**Lib. iiii.** *Æginetæ nauali pralio victos cum Cretensibus diriperunt,*

*ac rostratas naues mutilauerunt, eaq; rostra apud Mineræ Templum in*

*Ægina affixerunt. De Rostris autem notanda Liuij verba*

**Lib. viii.** *Naues Antiatium partim in Naualia Rome subductæ, par-*

*tim incensæ, rostrisq; earum suggestum in foro exstructum adornari pla-*

*cuit; Rostraq; id Templum appellatum.*

**Postibus etiam plerumq; appendebantur. Virgilius Lib. ix.**

**Æneid. vers. 504.**

*Barbarico postes auro, spolijsq; superbis.*

**Et Lib. viii.**

*Multaq; præterea sacris in postibus arma,*

*Captiui pendent currus, curuaq; securæ*

*Et cristæ capitum, & portarum ingentia claustra.*

**In Portis itidem Vota conspiciebantur. Propertius Lib. iv.**

**Eleg. iiii. vers. 17.**

*Omnibus, heu, Portis pendent mea noxia Vota.*

**Et nominatim Urbis. Idem in fine Elegiæ:**

*Armaq; cum talero portæ votiuæ Capenæ,*

*Subscribam, SALVO GRATA PVELLA VIRO.*

**Item, in Porticibus. Iuuenalis.**

*Legitimè fixis vestitur tota Tabellis*

*Porticus.*

**Palatium quoq; Principis Spolia exornabant. Ouidius de**

Tri-

**Tristibus Lib. i i i. Eleg. i. Augusti domum describens:**

*Singula dum miror, video fulgentibus armis*

*Conspicuos postes, testaq; digna Deo.*

**Itemq; Ducum. Suetonius in Nerone Cap. xxxviii.**

*Tunc præter immensum numerum Insularum, domus prisorum Ducum arserunt hostilibus adhuc spolijs adornata.*

Limina tamen priuata etiam ornabant affixa hostium spolia, quæ nec emptori refringere liceret, triumphabantq; etiam (ut eleganter Plinius Naturalis Historiæ Lib. xxxv. Cap. ii.) dominis mutatis ipsa domus. Hinc Tibullus Lib. i. Eleg. i. vers. 53.

*Te bellare dece: terra, Messala, mariq;*

*Vt domus hostiles præferat exuias.*

**Et Propertius Lib. i i i. Eleg. viii. ad Mæcenatem, vers. 25.**

*Veltibi Medorum pugnaces ire per hostes.*

*Atq; onerare tuam fixa per arma domum.*

**Virgilius item Æneid. Lib. v. vers. 393.**

*Et spolia illa tuis pendentia testis.*

Qua autem solemnitate id factum memorat Diodorus Siculus Lib. vi. Hostium spolia sanguine perfusa famulis tradunt in foribus domorum cum cantu atq; lachrymis affigenda, quemadmodum feras solent venatu captas.

Verùm ne incomposita multitudine Templis deformitatem adderent DONARIA, à Summo Pontifice aliquando submouebantur, aliquando concinnius disponebantur. Liuius Lib. xl. M. Æmilius Lepidus Pont. Max. Ædem Iouis in Capitolio, columnasq; circa poliendas albo locauit: & ab his columnis, quæ incommodè appositæ videbantur signa, amouit; Clypeaq; de columnis, & signa militaria affixa omnis generis dempsit. Idem Cæsarem Augustum ex S. C. fecisse scribit Dio, ut veteribus ornamentis, quasi contaminata ea essent, detractis ex Aegyptiaca præda meliora & speciosiora reponeret. Secus enim Trophæa dedicata remoueri nefaserat. Vnde Statuas æneas apud Rhodios ob hostium memoriam visui parum gratas, ædificio potius operire

pla-

placuit, quam de molli. *Quem locus ipsi postea a Sator no-*  
*minarunt, fortassis quasi Aelytum: quo sensu hanc vocem in*  
*Probl. usurpavit Plutarchus. Sed abominanda quoq; neces-*  
*sitas amarissima lege reflexa fuisse haec ipsa indicat Valerius*  
*Maximus Lib. vii. Cap. vi. Cannensis autem clades adeo urbem no-*  
*stram vehementer confudit, ut di. Iunij opera dictatura Rempublicam admi-*  
*nistrans spolia hostium affixa templis. Deorum numini consecrata instru-*  
*mento militaria futura conuellerentur: & p. cretali pueri arma induerent*  
*ad difforam etiam, & casti ali. crimine damnatorum sex millia conscriberentur.*  
*Qui locus plurimum lucis adfert huic Virgiliano Lib. vi.*  
*Aeneid.*

*Et Clypeum effert iussit Didymonis artes,*  
*Neptuni sc. Danais de posse reflexam.*

**Et Silius Italicus Lib. xi. alludit** *Et Propertius Lib. i. Eleg. i.*

*Diripite, o pubes, templis & vos arria rapitis*  
*Nudate & clypeos in bellare fignite captos*

Simile quid à Propheta Regio factum testantur sacrae literae,  
 quae referunt ipsum gladium Goliath à templo aduersus ho-  
 stes deprompsisse.

At sensu longè diverso prophanos religionis errores ta-  
 xans Iulius Firmicus hoc consilium in publica commodas  
 Principibus suggessit. *Tollite & tolli. est curi sacratissimi Imperatores*  
*ornamenta templorum. Deos istos aut monete ignis, aut metallorum co-*  
*quat flamma. DONARIUM uniuersa ad utilitatem vestram dominiumq;*  
*transferte. Post excidia templorum sinuatur Deo estis. Virtute prouecti.*  
 Absit tamen quis credat hic Iconoclastis fenestram aperiri.  
 Sincerum quippe numinis cultum seuerius suadere animus  
 fuit. Verùm, ut in publicos usus aliquando necessaria fuit  
 ista DONARIORVM translatio, sic ad ornatum credibile  
 est saepius mutata fuisse ea, quae Tabulae specie Votum refe-  
 rebant. Horum nempe ingentem praeteritis in dies creuisse  
 numerum praeter impendij facilitatem confirmabunt ea, quae  
 iam de ijs peculiariter differemus.

## CAPUT VII.

## De TABELLIS Votivis.

**N**ullo Anathematum genere homines frequentius religiosi animi cultum olim testatos videmus, quam multiplici TABULARVM discrimine. Tabella autem erat parua tabula, in qua aliquid scriptum vel pictum erat. Et quidem Scripta apud veteres Tabellæ erant, quæ Epistole dicebantur, ex forma, vel materia, atq; argumento diuersæ, Sigillares nempe, Pugillares, Citreæ, atq; Eburneæ. De postremis graphicè Auct. Priap.

*Obscuras rigido Deo Tabellas*

*Ducens ex elephantidos libellis.*

*Dat donum Lalage.*

Duplices item, triplices, & quintuplices, à foliorum numero: Signate pariter, Testamentaria, Matrimoniales, Censuales, ararij, contractus, proscriptiois, & huius generis plussculæ. Inter pictas autem Tabellas, aliæ ad ornatum Adium, & Villarum erant comparatæ; Vnde Cic. ad Gallum Lib. VII. *Exedria quedam mihi noua sunt instituta in porticula Tusculani, ea volebam tabellis ornare.* Aliæ in Deorum venerationem, vel beneficij ab ijs accepti memoriam: de quibus hic nobis sermo erit.

Quædam nempe exhibebant exantlatos casus, ac labores. Vnde Tibullus:

*Picta docet Templis multa Tabellatis.*

Talis forsitan fuit Androdi Tabula apud Gellium, in qua Leonis à se curati miraculum extabat.

Aliæ superati periculi titulum solummodo referebant; quarum ex genere sunt qui velint fuisse Tabulam Horatianam, non autem ex illis, in quibus pictum naufragium erat. De quibus propriè Iuuenalis Satyr. XIV.

*mersa rate naufragus a se in*

*Dura*

*Dum rogat, & picta se tempestate tuetur.*

Ea planè de causa Adrianus Behotius Apophor. Lib. 111. Cap. xvii. minus rectè incesit Acronem, qui ( ut scribit ille ) fortasse alibi sterilior hic luxuriari videtur, & uberius interpretamentum dare Horatij loco; necnon reliquam omnem Interpretum manum, quæ de Tabula naufragij picta Poetam loquitum sensit.

Tertium genus ex reliquis prioribus conflatum erat. Historiæ nempe Inscriptiones addebantur, quæ vouentium nomina, locum, tempus, & Voti occasionem, carmine, vel soluta oratione exhibebant; nec ineptè, quemadmodum eruditè aduertit Meurfius, *ῥαεῖς ἡεῖα* vocantur. Vnde Propertius Lib. 2. Eleg. 28.

*Tro quibus optatis sacro me carmine damno.*

*Serbam ego, per magnum est salua puella Iouem.*

Et Ouidius Amorum Lib. 11. Eleg. xiiii. ad Isidem ut patientem Corinnam iuuet:

*Ipse ego thura dabo fumosis candidus aris,*

*Ipse feram ante tuos mœnera vota pedes.*

*Adyciam titulum, seruata Naso Corinna,*

*Tu modo fac titulos muneribusq; locum.*

Nec aliud Titulorum nomine voluit Sil. Ital.

*Belligeris hæc dona Dÿs, hæc tela dicant.*

*Cernis adhuc titulos.*

De his intelligendus venit Apuleius Metam. Lib. vi. *Videt de-  
na pretiosa, ut laciniis auro literatas ramis arborum, postibus suffixas, qua-  
rum gratia facti nom.en Deæ, cui fuerant dicata, testabantur.* Mos quoq; fuit vetus ad memoriam posteritatis Titulos ædificijs, alijsq; rebus inscribi, ac insculpi.

His accedit quartum genus, quod præter historiam, ac titulos, vestimenta, vincula, & id genus cetera dona exhibebat. Qualis est illa Horatiana, cuius antea memini.

Præterea in rei benè gestæ memoriam antiquitatis, quemadmodum & nostra ætate, prælia, terra, mariq; feliciter exacta Templorum parietibus penicillo, vel scalp pro effingeban-  
tur.

cur. Cuiusmodi Tabula Victoriae Asiaticae à Lucio Scipione  
in Capitolio posita; Itemq; Ajax, & Medea: quibus publice  
Caesar Dictator auctoritatem fecit, teste Plinio Lib. xxxv.  
Cap. iv. qui addit. *Super omnes Divus Augustus in Foro suo celeberrima  
in parte posuit tabulas duas, quae belli pictam faciem habent & triumphum.  
Idem Castores ac victoriam posuit, & quas dicemus sub artificum mentione  
in Templo Caesaris patris.* Id etiam manifestat praesens Inscriptio  
ex Schedis Ant. Augustini.

C. MARIUS. C. F. COS. VII.

PR. TR. PL. Q. AVGV. TR. MIL. EXTRA  
SORTEM. BELEV. CVM. IVGV. RTHA. REGE. NV. MID.  
GESSIT. EVM. CEPIT. ET. TRIV. MPHANS. IN. SEC. V. NDO.  
CONSV. LATV. ANTE. CV. RRV. M. SV. VM. DV. CI. IV. SSIT.  
III. CONSV. L. APSENS. CREATVS. EST. IIII. CONSV. L.  
TEV. TONORVM. EXERCITVM. DELEVIT. V. CONSV. L.  
CIMBROS. FVGAVIT. EX. IEIS. ET. TEV. TONEIS. ITERVM.  
TRIV. MPHAVIT. REM. P. TV. RBATAM. SEDITIONIBVS.  
TR. PL. ET. PRAETOR. VI. QVI. ARMATI. CAPITOLIVM.  
OCCV. PAVERANT. VI. CONSV. L. VINDICAVIT  
POST. LXX. ANNV. M. PATRIA. PER. ARMA. CIVILIA  
PVLSVS. ARMIS. RESTITVTVS. COS. VII. FACTVS. EST  
DE. MANVB. IEIS. CIMBRICEIS. ET. TEV. TONICEIS. AEDEM  
HONORI. ET. VIRTVTI. VICTOR. FECIT. VESTE. TRIV. MPHALI  
CALCEIS. PV. NICEIS. . . . .

Quod autem veteres Tempia picturis exornarent, indicat  
hoc saxum inter alia Romae in hortis Iulij III. Sum. Pont.

DIGNE. DOCTILOQVEIS. PICTVREIS. CONDECORAVIT  
REGINAE. IVNONI. SVPREMI. CONIVGI. TEMPLVM  
MARCVS. LVDIVS. ELOTAS. AETOLIA. ORIVNDVS  
QVEM. NVNC. ET. POST. SEMPER. OB  
ARTEM. HANC. ARDEA. LAVDAT

H

Huius

Huius generis meo iudicio apud Porphyrium de Abstinentia Lib. 1. sunt *ἱεροφάνται*, hoc est, *Monumenta*. Talia autem memorat ibidem olim in Delo Hyperboreorum manipulos ferentium fuisse augusta & veneranda.

Ta adem etiam in templis *TABELLÆ* erant curationes morborum exhibentes. Receptum enim erat morbis liberatos in Templo eius Dei, qui opitulatus fuerat, mali auxilium notare. Qui mos vsq; ad Antonini Imp. ætatem non modò in Græcia, verùm in Italia perduravit, uti patet ex Tabella marmorea, alta pedes 15. longa pedes 11: quàm vidit, & ex Io: Metelli autographo descripsit Smetius, Romæ apud Bernardinum Maphæum Cardinalem olim asseruatam, in qua leguntur quattuor curationes Græco idiomate. Has quidam, verbum verbo reddens, sic Latine vertit.

*Hic est deus. Cuiusdam cæco, oraculum edidit. Veniret ad sacerdotum altare: & genua steteret, deinde à parte dextra veniret ad levam & poneret quinquedigitos super altare; & eleuaret manum, & poneret super proprios oculos. Et rectè vidit, populo presente; & congratulante, quod grandia miracula fierent, sub Imperatore nostro Antonino.*

*Lucio affecto lateris dolore, & desperato ab omnibus hominibus, oraculum reddidit Deus. Veniret, & ex tribomo dolleret cinerem, & una cum vino commisceret, & poneret supra latus. Et conualuit; & publicè gratias egit Deo; & populus congratulatus est illi.*

*Sanguinem reuolenti Iuliano, desperato ab omnibus hominibus, ex oraculo respondit Deus. Veniret; & ex tribomo caperet nucleos pini, & comederet, una cum melle per tres dies. Et conualuit; & veniens publicè gratias egit, presente populo.*

*Utrobique doctissimus Mercurialis Gymn. Lib. 1. Cap. 1. Tribonum vertit Aram.*

*Kalerio Apro militi, cæco, oraculum reddidit Deus. Veniret & acciperet sanguinem ex gallo albo, admiscens mel; & collyriam conficeret; & tribus diebus uteretur supra oculos. Et vidit; & venit; & gratias egit publicè Deo.*

Tabellis etiam aliquando addita fuisse Deorum signa, indicat sequens Inscriptio Romae in aedibus Marij Mellini :

PRO. SALVTE  
IVLIAE. VENERIAE  
FILIAE. DULCISSIMAE  
DELICIAE. SVAE

TABELLAM HANC. MARMOREAM  
CVM. SIGNO. AESCVLAPI  
IN. SOMNO. ADMONITVS  
L. VALERIVS. CAPITONIVS  
AED. ANN. D. S. P. L. M. D. D. D.

Eiusmodi vero TABULAS marmoreas parietibus Templo- rum potius fuisse insertas, quam appensas certum est. Imo verisimile est in ipsis etiam parietibus signasse Veteres sua DONARIA & VOTA. Vnde Auctores Operis iocosi ha- ctenus Virgilio adscripti :

— quidquid id est, quod otiosus  
Templi parietibus tui notavi.

In partem accipias bonam rogamus.

Ex his manifestum est, Ethnicis, ac ipsi potissimum Nauta- rum soboli VOTIVAS TABELLAS passim in usu fuisse, postquam aliquid discriminis euasissent. Ita praeter Horatium, aliosq; Vates, Tullius in Epist. ad Atticum Lib. IV. Nec enim me una ex hoc naufragio TABULA delectat. Quo loci ad pictas om- ni procul dubio Tabulas respexit optimus orator, ad illas in- quam, in quibus expressos videntes casus, quos ope diuina salui & incolumes euasissent, voluptate non minima caperen- tur iucundè acti laboris.

— Vir enim inter dolores delectatur,  
Quicumq; iam valdè multa passus est, & multa errauit.

vt verè nostris verbis Poëtarum Graecorum parens. Ne mul- tis, ipsemet sibi Tullius Interpres ac testis Lib. I I. de Natu-



ra Deorum: Tu qui Deos putas humana negligere, non ne animaduertis  
 ex tot **TABELLIS** pictis, quam multi votis vim tempestatibus effugerint,  
 in portumq; salui peruenierint? Testatur idem Musa Venusina  
 Lib. II. Serm. Satyr. I. vers. 33.

*Votiva pateat veluti descripta tabella*

*Vita senis.*

Rem benè explicat vetus Interpres his verbis: *Votiva TABELLA*  
 est, qua ex voto posita est in templo aut aliquo loco publico, in qua descri-  
 pta, hoc est depicta, fortuna alicuius. Ita solent naufragi suum naufragium  
 in **TABELLA** depictum circumferre, & in Templis aliqui Deo consecratum  
 suspendere. Nec aliud sanè veteribus est votum reddere, quam vo-  
 tum **TABELLIS** hisce pictis dissolvere. Amabant enim illi  
 non modò dona, quæ periclitantes vouerant, sed & periculum  
 ipsum in **TABELLA** depictum proponere, siue in Templis, si-  
 ue alibi, vt apertius testarentur, quanto Deorum beneficio  
 seruati fuissent. Virgilius XII, *Aneid.*

*Fortè sacer Fauni folys oleaster amaris*

*Hic steterat, nautis olim venerabile lignum:*

*Seruati ex undis ubi figere dona solebant*

*Laurenti diuo, & votas suspendere vestes.*

Voto nempè promissas, non notas, ut passim est legere no-  
 tissimo mendo. Factumq; id à Latinis, ut notat Turnèbus  
 Aduers. Lib. VIII. Cap. XVI, ritu priscae superstitionis, præci-  
 puè Græcorum, qui in eadem arbore ante fana sua **DONA**  
 solebant affigere. Quos imitatum fuisse Maronem eorum stu-  
 diosissimū minimè dubitarim. Causam moris habes ex arboris  
 ipsius vituacitate, quæ tanta est ut si multis configatur clavis,  
 nihil tamen lædatur. Huc spectat illud Aristophanis in *Plu-  
 to. Oleastro affigam illi.* Quod nec diffitetur Theophrastus  
 ab Heinsio Viro Græcarum, ac Latinarum literarum peritissi-  
 mo recensitus Lib. V. Hist. Plant. Cap. III. Illud ipsum in  
 Oleastro, qui Megaris in foro stabat euenisse accepimus. Quo  
 succiso urbem capi ac diripi oraculum erat; cui euentus quoq;  
 respondit. In hoc enim percisso repertæ ocreæ sunt, & alia

quæ-

quædam Attici ritus ea parte, qua primum affixa fuere, ad ramorum ambitum concauata, quæ longa ætas succrescente cortice occultauerat. Sed fuerit hic Virgilianus oleaster, folijs amaris, Fauno sacer, olim nautis lignum venerabile; ubi è naufragij discrimine erepti, aut ex ipso naufragio seruati, quæ uisissent eidem Deo Capripedi dona & uelimenta testimonio suspendere. Longè salubrius Christianis hominibus hanc vitam miseram agentibus, & ueluti mare quoddam vastum, undisonum, impetuosum nauigantibus propositum est aliud lignum, & quidem *venerabilissimum* (verba sunt Iacobi Pontani ad Virgilij versus) cui dona, vestesq; salutis adeptæ indices suspendamus; Iesu Christo Saluatori sacrum, qui ab eo conuulneratus, ac moribundus pendit suaq; morte naufragantibus incolumitatem ac portum conciliauit. Cuius folia semper uirentia, nec ut oleastri amara, sed dulcia potius, sicut ipse fructus longè dulcissimus.

*Crux fidelis, inter omnes arbor una nobilis:*

*Nulla silua tale profert fronde, flore, germine:*

*Dulce lignum, dulces clauos, dulce pondus sustinet.*

Fortunatus lib. II. Carm.

*Fertilitate potens, o dulce & nobile lignum,*

*Quando tuis ramis tam noua poma geris,*

& infra:

*Appensa est vitis inter tua brachia, de que*

*Dulcia sanguineo uina rubore fluunt.*

Probiori igitur atque ad eò longè sanctiori more Christi sectator uno verbo perge, & in solidæ pietatis studium in quo es incumbere, proq; oleastro prisca superstitionis amantibus inaniter culto, ut Lactantius de Passione Domini,

*Flecte genu, lignumq; crucis venerabile adora*

*Flebilis, innocuo terranq; cruore madentem*

*Ore petens humili lachrymis suffunde subortis.*

Hoc enim (ut verè Iulius Firmicus de errore Prophanarum Religionum) *Vitam immortalis compage restituit.* De quo religiosè idem: *Lignum Crucis Cæli sustinet machina, terræ fundamenta corroborat.*

roborat, affixos sibi homines ducit ad vitam. Quid verò sibi vult, quod idem in eodem Libello refert? In sacris Phrygijs quæ matris Deam dicunt, per annos singulos arbor pinea caditur, & in media arbore simulacrum iuuenis subligatur. Simile quid in Paganis taxat Minutius Felix: Trophæa vestra vittricia non tantum simplicis crucis faciem, verum & affixi hominis imitantur.

Verum ut ad pictas TABULAS redeamus, earum quoque meminit Virgilius in Catalectis ad Venerem:

Non ego tibi modo, aut picta tua templa **TABELLA**

Ornabo, & paucis feta feram manibus.

Neq; omisit eas Tibullus Lib. I. Eleg. III.

Nunc-Dea, nunc si cor re mihi; nam posse mederi

Picta docet templis multa **TABELLA** tuis.

Vbi Nunc-Dea Isis est, hasq; voces iunctim describendas optimè animaduertit doctissimus Passeratius, & Ianus Gebhardus, facem præferente Propertio Lib. II. Eleg. XXVIII. vers. 17.

Io versa caput primos muguerat annos:

Nunc-Dea, quæ Nili flumina vacca bibit.

Planior hic Lucanus:

Evolutum busto iam-numen gestibus Isin.

Hinc Iuuenalis naufragij mentionem faciens festinè admodum & iocose Pictores Tabularum quæstu victum quarentes ab Iside pasci finxit Satyra XII. vers. 23.

Si quando pœtica surgit

Tempestas, genus ecce aliud discriminis audi;

Et misere iterum, quamquam sint cetera fortis

Ei scem, pars dira quidem, sed cognita multis,

Et quam **ROTIVA** testantur fana **TABELLA**

Plurima: pictores quis nescit ab Iside pasci?

Quamvis enim qui naufragium euaserant, casum pictum in Templo Neptuni figerent, ut ad hunc Poetæ locum notauit Britannicus; de recepto tamen more ex Ægyptia s. perstitutione in templo quoque Isidis, cuius sacra præcipua veneratione in Vrbe colebantur, **Tabel-**  
las

las ponebant, tamquam quæ mari periclitantibus opitularentur. & mox: Quare non immerito Ægyptus nauigijs Isidis colit. Quin Europa in Taurorapta fertur, idest, in navi Tauri figuram habente auctore Fulgentio. Rationem ex Hygini Fabula 277. repetere licet: Velificia primum inuenit Isis, nam dum quærit Harpocratem filium suum, rate velificauit. Nec solùm Isis apud Ægyptios tempestatibus ac nauigantibus Præses, sed tamquam multarum rerum inuentrix colebatur. Isis enim, *ραπτὸ τοῦ ἰσ*, ab eundo, nihil aliud est quàm prudens naturæ progressus, vt eleganter notauit de Rebus Ægyptiacis Calcagninus.

Diana vero sub Isidis nomine ab Ægyptijs colitur, sicut Sol sub Osiridis; Cereremq; eandem esse cum Iside & Luna ostendit præter alios Laurentius Pignorius in expositione mensæ Isiacæ, maximeq; id confirmatur elegantissima Inscriptione quæ ad D. Mariam in Ara Cæli Romæ spectatur.

ISIDI  
FRUCTIFERAE



P. O. S. V. I. T.

Eiusmodi cultus vestigium spectatur, in Nummo argenteo Isidis caput in Libello Deorum Dearumq; Abrahami Ortelij illustrato à Francisco Suscertio, in cuius facie auersa hæc leguntur.

VOTA. PVBLICA

Apertius in marmore apud Iaram fluuium:

ISIDI. AVG

FESTINVS

T. IV LI. SAT

VRNINI

C. P. P. SERA

RI. EX

VOTO

Et

Et Romæ ad campum Martium in ædibus quondam Ioan.  
Mangonij in Arula:

ISIDI SAC  
CRESCENS  
CAESARIS  
VESPASIANI  
EX VISO. POSVIT

Sed ut ad primam redeam, quæ hic exactior est, quam apud  
Gruterum in magno Inscrip. opere; nonnulla in ea videntur  
expendenda. Cur nempe Isidi Plantæ in Votum positæ?  
Numquid aliquis longa peregrinatione peracta ad patrios  
Lares reuersus Deæ peregrinationis præfidi ob vitæ incolumi-  
tatem eos appendit; aut potius post multos viarum labo-  
res parato sibi prædio vitæ reliquum, longè forsit in ab Vrbe,  
huic Deæ (ut Diodoro Siculo placet) tamquam *tritici & hor-  
dei Inuentrici* sub FRUCTIFERÆ titulo desideratæ quietis  
monumentum fixit.

Huic non dissimile est insigne votum, quod Romæ apud  
V.C. Io: Baptistam Casalem in marmore candido spectatur.  
Cuius speciem à Viro humanissimo transmissum hic exhibeo.

Sed Hygiæ non (ut quibusdam visum) Isidi, donum obla-  
tum videtur, quod Hygiæ Æsculapij filij ope quispiam pedibus  
forsitan laborans sanitate recepta TABELLAM hanc appen-  
derit: aut miles aliquis Romanus, sæuitiam Annibalis euasit,  
dum ceteri captiui pedibus mutilati dimitterentur, quod à Va-  
lerio Max. Lib. ix. Cap. 11. notatum reperio. Quam coniectu-  
ram non parum confirmat Pes æneus operis vetustissimi tibix  
integræ unitus, qui à nulla certè Statua auulsus videtur, om-  
nisq; inscriptionis expers in Museo Cl. V. Ioan. Galuani Ami-  
cissimi nostri, qui omninò multis indicijs votum fuisse asseue-  
rat. Addo, literas H. D. nihil aliud significare, quam  
HYGIÆ DONVM. Neque enim H. Isidem indicat, cum  
vocabulum Isis sine aspiratione semper prolatum constet.  
Postremum verò peregrinandi metam præter hæc auersi pe-  
dis

QVIE IANAE



H

D

I

dis vestigia, quæ potius quiescentis videntur quàm gradientis, demonstrat vox *QVIE*, antiquis fortassis usurpata pro *QVIETÆ*, vel *QVIESCENTIS*; quemadmodum in monte Sumano agri Vicentini Palæmonis Grammatici monumentum habet *QVIES*, pro *QVIESCENS*. Oscoꝝ quippe & Græcorum exemplo unius aut plurium syllabarum detractio- ne prisca latini nomina scribebant. Etenim quiescentis Ianae, vel Quietæ Ianae factum Hygiæ donum, ac otij valetudinisq; recuperatæ post varia laborantis tædia Anathema isthoc Hygiæ à Iana dicatum fuisse, credibile est. Verùm hac de re in- teriorum literarum periti iudicent.

Alterum nunc *TABVLARVM* usum in apertam lucem pro- feram, à quo nec abeunt nostri. Et quis ille tandem? nisi *VOI* causa tantùm depictos in his *TABVLIS* fuisse nautarum ca- sus, sed & eorum ex numero, qui fracto naufragio amissis mer- cibus ad incita deuenissent, se suaq; pericula, ventorum ra- biem, sæuitiam maris, merciumq; tacturam ostendentes, cala- mitate ipsa propiùs ob oculos positâ emendicandò promptius æs corrogarent. Idque, ut non malè ad primam Persij Saty- ram notauit Scipio Ferrarius, *ne omnibus suos casus narrare cogeren- tur*. Profusa verò in eiusmodi homines omnium erat libera- litas, qui veluti à Dijs seruari chariores videbantur. Anti- quissimus sanè exploratissimusq; hic *TABVLARVM* usus. Idem Vates ille Venusinus, qui viam nobis munijt ad usum *TABVLARVM* alterum, quem diximus indicandum, clarè etiam aperit ad Pisonem vers. 20.

— *Quid hoc, si fractis enatet ex spes  
Nauibus, ere dato qui pingitur?*

Nec minùs expressè Iuuenalis Satira XIII. vers. 219.

— — *fracta rate. naufragus assem,  
Dum rogat, & picta se tempestate tuetur.*

Vbi Scholiastes vetus. Dum rogat ] dum picturam naufragij sui portat in *TABVLA* ferens casus sui historiam. Ferebantur autem hæ *TABELLÆ* è collo suspensæ. Vnde Io: Britannicus ad

eun-

eundem locum: moris erat, ut naufragi in Tabella ab humeris dependente ferrent pictum naufragium. Prodidit hoc ante reliquos Persius Satyra 1. vers. 88.

*Men' moueat quippe, & cantet si naufragus, affem  
Protulerim? cantas, cum fractate in trabe pictum  
Ex humero portes.*

Hanc procul dubio intellexit Martialis Lib. XII. Epigram. lvi.

*Nec fasciato naufragus loquax tranco.*  
TABVLA quippè naufragij picti de fascia ex humeris suspensa significatur; non pars mali cum velo, quod alij sentiunt; licet id mihi persuaserit nemo. Quæ TABVLÆ ubi demum diu latæ fuerant, & ostensæ, Diuis ipsæ quoque Præsidibus sacrabantur in eorum templis, ut benè Eruditiss. Raderus ad Martialis Epigr. 57. Lib. XII. notauit. Hoc enim factitabant præsci, uti emergi fructibus vicarum & oppidatim cogere stipem, & tandem Tabulas ipsas, quas secum ferebant Neptuno aut Castori & Polluci nautarum numinibus consecrarent, quorum ope se testabantur naufragium euasisse.

Nec solùm Tabula titulum aut historiam aliquando superati diuinitus periculi continebat, sed & ipsa eorum qui naufragium euaserant Vestimenta suspendebantur; quod iam initio ex Horatio manifestauimus. Ad quem ritum alludens ita Venerem alloquitur Propertius Lib. II. Eleg. XIV.

*Has pono ante tuas tibi Diua Propertius ades  
Exuias.*

Eas ut credam concidisse nautas, priusquam appenderentur, ne quis eas auferret, vix mihi persuadebit Hyfichius. Quorsum enim custodes Templis appositæ? Et quid in vili veste, quod posset oculos in sacrilegium abducere? Quid etenim mirum, vestimenta eiusmodi fuisse sacra, quum nautæ plerumq; pannosi? Putemne homines extremo discrimine liberatos ita voluisse Dijs ludum facere? Eruditorum hoc esto iudicium. Vellem sanè Grammaticus dicti rationem attulisset. Sed abeat cum suis Tabulis hominum genus permolestum, expers, desertum, vagum, quod suis nos moribus hic detulit

nuit fortasse diutius, quam par erat, aliorumq; **VOTA** sigillatim perspiciemus.

## CAPUT VIII.

### *VOTA Genio, & Laribus dicata.*

**A**T enim cum in tanta Vouentium multitudine omnes cuiuscunq; ætatis, sexus, status, **VOTA** sibi congrua dicarint; eruditæ antiquitatis fide subnixi, non neglecto penitus naturæ ductu, dignitatis imprimis feriem ubiq; sectabimur.

Et quidem ut à mortalium origine initium ducamus; **GENIO** Iouis & Terræ filio, tamquam Deo Natali, & Naturæ Præfeto, ab omnibus promiscuè flores & unguenta fundebantur. Hinc Tibullus Lib. I. Eleg. VI. I.

*Huc ades, & centum ludos Geniumq; choreis*

*Concelebra, & multo tempora funde mero.*

*Illius è nitido stilleut unguenta capillo,*

*Et capite, & collo mollia fæta gerat.*

Genij quippe Latinis dicti quasi Genitores, à gignendo, vel quod agant, & curent ut homines gignantur; vel quod homines genitos suscipiant ac tueantur, à Græcis dicti sunt *δαίμονες*. quod apud Ethnicos nomen fuit commune omnibus spiritibus tam bonis, quam malis. Genio enim procreandorum cura diuinitus commissa credebatur, omnisq; vitæ moderatio. Sic enim de ipso eleganter Martianus Capella de Nuptijs Philologiæ Lib. II. Quoniam unicuiq; superiorum Deorum singuli quiq; deseruiunt, ex illorum arbitrio, istorumq; comitatu, & generalis omnium præsul, quem etiam *Præstitem*, quod præsit gerundis omnibus, vocauerunt. Nam, & populi Genio, cum generalis poscitur, supplicant, & vnusquisq; gubernatori proprio dependet obsequium. Ideoq; Genius dicitur: quoniam cum quis hominum genitus fuerit, mox eidem copulatur. Hinc tutelator, fidissimusq; germanus animos omnium, mentes custodit.

Nec

Nec sine ratione; cum non solum prima rerum semina, sed etiam elementorum proportionem eo significari crediderint multi, verum & Genio homini semper lata ac sana consilia suggerere. Genium autem inter nascentes mari precipue adesse putabant Veteres, vel Lecti mensæ Deum, quemadmodum feminæ Iunonem, quæ Dea est cubilis; notante ad Catullum Iosepho Scaligero. Testisq; mihi de Genio Tibullus Lib. iv. ad Cherintum:

*Magne Geni, cape thura libens, votisq; faueto.*

Et mox:

*At tu Natalis, quoniam Deus omnia sentis.*

De Iunone pariter ibidem Carmine ad Iunonem:

*Natalis Iuno, sanctos cape thuris aceruos,*

*Quod tibi dat tenera docta puella manu.*

Poetæ lucem affert Martianus Capella loco supra citato: ubi in conspectum nubentis Diua peruenit; a; q; ut mos virginis erat, litauit aromatis, Deam talibus deprecabatur. Iuno pulchra, licet aliud nomen tibi consortium caeleste tribuerit, & nos à iuuando Iunonem, unde & Iouem dicimus, nominemus. Site Lucinam, quod lucem nascentibus tribuas, ac Lucesium conuenit nuncupari. &c. De qua Ausonius:

*Nono incumbens signo cunctantia matrum*

*Vota leuat.*

Præclare pro hac re Plutarchus in Quæstionibus Romanis: Iunoni nomen est à Iuuenescendo, & Iunonem vocant Lucinam, quasi Lucidam diceres: putantq; eam in partibus auxilium ferre mulieribus, ut & Lunam. Facillimè enim mulieres sub plenilunium videntur prolem eniti.

Nec hominum tantum, sed Regionum, Urbiumq; peculiaris erat Genius; quem Symmachus Urbis Numen, Poeta Tutelam appellauit. cum quo facit Festus, qui ait: Alij Genium esse putarunt uniuscuiusq; loci Deum. Quod confirmat saxum vetus in Hispania:

DEO. TVTEL

GENIO. LOCI

Item Burdigalæ in Ara maxima:

AV.

Iac. Phil. Tomafinus

AVGVSTO. SACRVM

ET. GENIO. CIVITATIS

Et vetus marmor Augustæ Taurinorum.

GENIO

MVNICIPI

SEGVSINI

IVL. MARCEL

LINVS. V. P.

EX. VOTO. POSVIT

Inde adeò, ut Minucij Felicis verbis utar, per uniuersa imperia  
 prouincias, oppida, videmus singulos sacrorum ritus gentiles habere, & Deos  
 colere Municipales.

Eiusmodi apud Veteres erant Dij Patrij, notante Seruio  
 ad Virgilium. Extat in hanc rem insignis Vellei Paterculi lo-  
 cus Lib. II. Historiæ Romanæ, licet is valde corruptus: Post  
 victoriam qua descendens montem Tifata cum C. Norbano concurrerat Sulla  
 gratus Dianæ, cuius numini regio illa sacrata est. aquas salubritate in me-  
 dendisq; corporibus nobiles, ut potius agros omnes adduxit Deæ, huius gratæ  
 religionis memoria & inscriptio templi affixa post, hodieq; restatur area cra-  
 bula. Huic quidem munus admouisse Claudium Puteanum  
 monet in Scholijs Aldus Manutius, nondum tamen adhuc is  
 planè restitutus. Etenim pro soluit, sine dubio legendum  
 Forum soluit, & pro adduxit, scribendum addixit.

Huius generis est altera Inscript. Viennæ in ædib. Volfg. Lazij.

FORTVNÆ. CONSECR

GENIOQVE HVIVS. LOCI

IN. HONOREM. IVN

TIBERTINIAE. TR

MIL. LEG. X. G. P. P.

FECIT

T. CL. VALENTINVS

CORNICVLARIVS

EX. VOTO. . . VIC. . .

V. KAL. IVN. AEMIL. II

ET. AQVILIN. COS

Suos

Suos pariter Genios opinabantur antiqui esse Plantis, Fontibus, Ædificijs, Stabulis, Thermis, Mensæ, Libris, corporis membris. Vesaniam hanc merito ridens Prudentius:

*Romam dico viros quos mentem credimus Urbis,  
Non Genium, cuius frustra similatur imago;  
Quamquam cur Genium Romæ mihi fingitis unum?  
Cum Portis, Domibus, Thermis, Stabulis, soleatis  
Assignare suos Genios, perque omnia membra  
Urbis, perque locos Geniorum millia multa  
Fingere.*

Ædibus quidem veterum superstitione suos fuisse Tutelares, indicat falsè D. Augustinus de Ciuitate Dei Lib. iv. Cap. viii. *Vnusquisque domui sue ponit Ostiarium, & quia homo est, omnino sufficit. Tres Deos isti posuerunt, Forculum foribus, Cardeam cardini, Limentinum limini. Itanon poterat Forculus simul fores & cardinem limenque seruare.*

Domibus autem Ædiculus Deus peculiariter præerat, ceteris ædificijs Genius. Sic Romæ in saxo.

GENIO. LAVACRORVM. METELLI.

Itemque in alio Blondi ætate Romæ inuento:

GENIUM

THEATRI POMPEIANI.

De Mensa Status Sil. Lib. iv.

*Casta Genius, tutelaque mensæ.*

De Libris etiam Martialis festiuè Genium tribuit, dum ait:

*Victurus Genium debet habere Liber.*

Nec in re leuiori diutiùs morabor; sola hic elegantiae locum meretur Fontis dedicatio.

GENIO.

NUMINIS

FONTIS. SERMON

CHRYSEROS

CAESARIS

NOSTRI. LIB

GANGALA

VI.

Viventium certè præstat cultum & consuetudinem persequi, cuius potissimum causa nosler hic labor susceptus est. Enumverò Senatui, Populoq; Romano, ac Militiæ, suum fuisse Genium non minùs ex Numis, quàm ex Monumentis ipsis constat. Fuisse etiam Familijs, docet vetus Inscriptio olim Romæ visa.

GENIO. PATR  
VALERIANAE  
FAMILIAE  
L. VALERIANVS  
C. F. . . . .  
ARAM. CVM. OR. . .  
L. M. P

De Principibus id clarius est, quàm ut probem. Quid enim vulgarius, quam Genius Augusti? Pro multis hic sufficit titulus, qui est Neapoli litera palmari:

GENIO. CAESARVM  
DIOGENETVS. VILIC. FEC

Hæc verò Vota, ceteraq; Genio publicè soluta, perspicuum est in via Appia, ex veteri saxo.

VOTIS PVBLI CIS	GENIO	VOTIS PVBLI CIS
-----------------------	-------	-----------------------

Et quid fuerit dubij, corporis humani partes Genio etiam fuisse dicatas, cui omnes vitæ initium ac tutelam deferebant? Deum venerantes frontem tangere auctor est Seruius non vulgaris doctrinæ Grammaticus.

FORTVNAM pari quoq; iure quo Genium colebant mortales, tamquam hæc opes & humanarum rerum regimen obtineat, ut est apud Lactantium Lib. III. Cap. XXIX. Vnde etiam teste Arnobio cum cornu fructibus & frugibus referto pingebatur.

tur. Eiq; peculiare Præneste Templum erat varijs Donarijs nobilitatum; quorum frequens copia quotidie emitur, è quibus multa in Museo Eminentissimi Principis FRANCISCI BARBERINI ceterarum literarum atq; imprimis antiquitatis amantissimi. Fortunarum etiam signa & Imagines plurimas tam ex ære quàm ex marmore, ex terra quoq; fictiles ibidem se vidisse memorat Franciscus Schottus in Itinerario Italiae. De hoc Templo Silius Italicus Lib. VIII.

*— — — — — sacrisq; dicatum*  
*Fortunæ Præneste iugis.*

E multis Fortunæ Donarijs singulare est in veteri fragmento marmoreo carmen Heroicum, ex quo effigies quoq; Maiorum Dijs fuisse appensas colligimus.

*Tu quæ. Tarpeio. colens. vicina. tonantis*

*Votorum. vindex. semper. fortuna. meorum*

*Accipe. quæ. pietas. ponit. tibi. dona. merenti*

*Effigiem. nostri. conservatura. parentis*

Genius quemadmodum verò Principis, ita & Fortuna colebatur. Hinc illud apud Conseranos.

F O R T V

N A E . A V G

M . V A L

I V S T V S

E X

V O T O

Speciale magis est, Horreorum curam utriq; fuisse creditam. Quod ex vetusto marmore Romæ effosso ostendit Lucius Faunus Antiq. Rom. Lib. III.

N V M . D O M

A V G . S A C R V M . G E N I O

C O N S E R V A T O R I . H O R R E O R V M

G A L B I A N O R V M . M . L O R I N V S

F O R T V N A T V S . M A G I S T E R

S . P . D . D

K

Parè

Parte auersa saxi eadem erant verba, nisi quod loco *Genij* repositum, *Fortunæ conseruatrici*.

*Horro*, pariter in tutela *Veneris* fuisse, admonet *Varro de Re Rustica*.

*Genij* *Votis* merito subiicimus ea, quæ *LARIBVS* fiebant. *Lares* enim ex *Varronis* sententia *Maniæ* filios cum *Genijs* eosdem esse, non sine ratione statuebant quidam, existimantes unicuiq; nascenti duos esse *Deos*, alterum bonum, alterum malum; quamquam nonnulli *Lares*, bonos *Genios*; *Lemures*, malos voluerint. *Genium* tamen nomine à *Laribus* distinctum prodit saxum ad *Nolam* oppidum.

| GENIO. ET |  
| LARIBVS |

*Lares* autem erant publici, & domestici: Et quidem Publici ordinis diuersi, quorum in *Urbe* *Sacellum* fuit, & *Lucus*. Hinc *Lares Urbani*, veluti *Urbis* custodes. De quibus *Martialis* *Lib. III. epigr. 31.*

*Sunt tibi, confiteor, diffusi iugera campi,*

*Urbaniq; tenent prædia multa Lares.*

Ita teste *Liuius L. Amilius Regillus* ædem vouit *Laribus* permarinis. Qui sic videntur appellati, quia in mari sibi adfuerant. *Lares Hostilij* etiam *Romæ* colebantur; qui hostes arcere credebantur; ut auctor est *Festus*. *Lares Viales* præterea vijs præerant: quos iter initurum inuocare solebant. Vnde *solemnia Compitalia*. De quibus *Quidius 2. Fastorum*:

— *Geminosq; parit, que compita seruant,*

*Et vigilant nostra semper in æde Lares.*

Sunt etiam *Lares Rurales*, ut *Romæ* sub *Porticu* domus *Conseruatorum* in *Capitolio* legitur,

VICO LARVM RVRALIVM

Sunt pariter *Querquetulani* apud *Varronem*, à loco forsan: unde & *Nymphæ Querquetulanæ*.

Et

Et quidem Publica, conferente Symbolam Populo, à Prin-  
cipe instituta, elegans ostendit monumentum.

LARIBVS. PVBLICIS. SACRVM

IMP. CAESAR. DIVI. F. AVGVSTVS

PONTIFEX. MAXIMVS

TRIBVNI. POTESTAT. XVIII

EX. STIPE. QVAM POPVLVS. EI

CONTVLIT. K. IANVAR. APSENTI

C. CALVISIO. SABINO

L. PASSIENO. RVFO. COS

Sed & Principi eadem à Populo reddita manifestat hæc In-  
scriptio Veronæ in Sermione Insula:

LARIBVS. AVGV

STORVM

DOMINORVM

NOSTRORVM

Imo propè Veronam fuisse Templum istis Laribus erectum  
inde constat, quòd tertio ab urbe lapide in pariete Therma-  
rum Calderianarum olim evidentissimum in saxo veteri esset  
huius rei documentum; cuius quidem verba nobis dedit ad-  
mirandæ diligentiae exemplar Gruterus, qui nihik ferè huius  
generis in vasto Antiquarum Inscriptionum opere omisit, sed  
mutilata ævi iniuria. Inscriptio nobis auctior obtigit indico  
Io: Rhodij; apud quem in membranis reperitur Opusculum  
Alcardi de Pindemonte Veronensis Philosophi ac Medici  
sua ætatis celeberrimi, quod aliquot supra ducentos abhinc  
annis cum Hieronymus de Pindemonte Philosophus pariter  
& Medicus Italicè vertisset, coronidis loco inter alia veterum  
monumenta hoc recensuit.

FVNDAMENTA. MVROS QVE

A. SOLO. FACVNDQ. CVRAVER

IDEM QVE. PROBAVER. IN

TERRAM. FVNDAMENTA

K 2

ET.

ET. PED. ALT. XII. IN TERRAM  
 AD. IDEM. EXEMPLVMQVE. SVpra. TERRAM  
 DE. SVA. PECVNIA. LARIB. DANT  
 COSSO. CORNELIO. LENTVLO  
 L. PISONE. AVGVRE. CONSS  
 VOTO. SOLVTO

Domestici autem Lares censebantur Dij familiares, quibus  
 sacer erat focus: unde focum Foculare, quasi Laris focum  
 olim dixerunt. Hinc Plautus Aulul. 3. 2.

*Ego Lar sum familiaris ex hac familia*

*Vnde exuente me aspexitis.*

Hos ipsos Penates, Tutelares, & Præstites etiam appella-  
 bant, quod domum tuerentur; ideoq; ante ipsos pellibus ca-  
 ninis indutos, canis vigil ponebatur; qui apud Plautum fe-  
 stiue nominantur Dij Patellarij, quod in patella ijs libare-  
 tur. Aufonius Popma tamen de Diff. Verb. Lib. III. ex  
 Mercatore Plauti hoc adfert discrimen, quod Lares omnium  
 ædium communes; Penates singulorum proprij. Votum his  
 factum extat in cippo propè arcem in Sabbaria Hungariæ:

LARIBVS

DOMEST

SAC

V. S. L. M.

Nec dubito, quin Lares Familijs proprij à Romanis magna  
 veneratione colerentur. Sic enim Inscriptio vetus Romæ:

HVMNVS. CAESARI. AVG

VOLVSIANVS

HERMAPHILI. HYMNI. LIB. F.

DECVRIO. LARVM. VOLVSIANORVM

SCANTIAE. PRISCAE. CONIVGI

CARISSIMAE. ET. SIBI

Auctarij loco esto, quod scitè Martianus Capella de Nus-  
 prijs

ptijs Philol. & Mercurij Lib. 1. fingat *Senatores Deorum, qui Penates ferebantur, Tonantis ipsius; & cum ijs Lares in prima Cæli regione sedem habere, vnde Lar caelestis apud eundem pariterq; Iunonis hospita Genus.*

## CAPVT IX.

## VOTA NATALITIA.

**P**ostquam igitur genitale aruum prolem poscentium  
Votis desiderata Fœcunditate respondisset, Natalitia  
ab omnibus cuiuscunq; conditionis hominibus, maxi-  
meq; a parentibus pro filijs, & versa vice, summa reli-  
gione Genio ut Natalis Deo celebrabantur, cum prima or-  
tus nostri dies à Cælo nescio quid trahere videtur diuinitatis.  
Idq; statim à partu, & postea quotannis. Solemne autem erat  
ea peragētes hac formula salutare: *Hodie nate salue.* Hinc Plaut.  
festiuè in Pseud. *Hodie nate, heus, hodie nate, heus tibi dico nate, redi.*  
Amici præterea & Clientes olim, quemadmodum nostro æuo,  
die natali munera mittebant. Martialis Epigr. 54. Lib. viii.

*Et postquam Clyte munus exiga, q;  
Nun, nasceris oct es in anno.*  
Et Virgilius Ecl. 3. vers. 76.

*Phyllida mitte mihi, meus est Natalis, Iola.*

Carmina etiam missa liquet ex Martiali, & Tibullo. Sed & li-  
bros, manifestat Censorini Libellus de die Natali.

Hoc porro tempore Iunoni vitulo sacrificatū fuisse, auctor  
est Diodorus Epigr. Lib. vi. Cap. x. Et Genios Ethnici preca-  
bantur tamquam Deos Natalitios, easq; preces hilarato me-  
ro facillè ratas fuisse arbitrabantur. Tibullus Lib. ii. Eleg. ii.

*Ipse nos Genus ausit visurus honores.*

*Cui decorent sanitas mollia ferra comas.*

*Illius puro distillent tempora nardo.*

*Atq; satyr libo sita mædeatq; mero.*

*Annuat e Chærite tibi quodcunq; rogabis.*

*En age: quid cessas? annuit ille, roga.*

Vc

Verè Poeta, *satur libo sit, madaatq; mero.* Die quippe Natali Genio litabatur, pulte ac mero, absq; hostijs, ne manus ea die polluerent sanguine, qua mortales lucem acceperant. Puls autè primum natis alimentum præbet, parentum curæ vino pelluntur.

Natalitij autem Dij erant præcipuè, Iuppiter & Iuno; etiam Neptunus, ex Pausania in Laconicis: *Non procul à theatro Lacedæmoniorum ades est Neptuni Natalitij.*

Apud Persas præterea, Aegyptios, & Græcos, annua Natalitia conuiujs celebrabantur.

Natali porro die Imperatorum apud Romanos Sacra, etiam ante defunctorum statuas, & Votiu Ludi, nõ tamè Gladiatorij, fiebāt. Sic à iv. Id. Iulias C. Iulij Cæsaris; à ix. Cal. Ian. Titi Cæsaris; iv. Cal. Decemb. Neruæ; ad iv. Cal. Nouemb. Hadriani, Magnorum item Virorum Natalis non minùs erat sollemnis. Hinc de Mecænatibus Natali Horatius Lib. iv. Od. xi. ad Phyllidem:

*Ridet argento domus: ara castis*

*Vincta verbenis ariet immolato*

*Spargier agna.*

Virgilij Natalem religiosius quàm suum celebrasse Silium Italicum auctor est Plinius Lib. iiii. Epistolar. Optimè Seneca Epist. 64. *Quidni ego magnorum virorum Natales celebrem?* Officium sanè animo ingenio dignum: quod nunquam intermissum, nisi ignominie causa. Vnde Suetonius de Tib. Cap. 53. refert, Diem Natalem Agrippinæ inter nefastos referendum suasisse. Quin Diem natalem tanti fuisse video, ut annorum vice hominis ætatem eo indicauerint præci. In hanc rem ab Aldo Manutio Pauli filio acceptam tradit Mercurialis Gymn. Lib. iiii. Cap. xii. huiusmodi Inscriptionem, quam Parmæ repertam habuit Cl. Vir Andreas Naugerius.

D. M.  
L. AEMILII VICTORIS  
QVI. PRIDIE. NATALEM. SVVM.  
VICESIMVM. ET. SECVNDVM.  
PRVNA. IN. PENSILI. POSITA. VR

GVEN.

CVENTE. FATO. SANVM. IPSE  
 NECAVIT. SE. L. AEMILIVS  
 VICTOR. PRINCIPALIS. ET. AELIA  
 VENERIA. FILIO. PIENTISSIMO  
 ET. SIBI

Imò etiam Deorum Dies Natalitij magna Festiuitate colebantur; ut Apollinis vii. Aprilis, Dianæ sexto die mensis eiusdem, Mercurij Id. Maij. Quo ritu Locorum etiam natales apud Ethnicos quotannis summa in veneratione erant. Ita die xx. Aprilis, tamquam Romæ Natali, Festa Palilia celebrabantur: putabantq; veteres hisce diebus Festiuis vota nuncupata suos euentus feliciores obtinere. Sic etiam Statuarum Natalis solemnepulo & muneribus populo festiuus erat. Nec minus Nauigiorum, quod de Isidis nauigio adfert Lactantius Lib. i. Nec de Urbium, & Templorum Natalitij hic ego plura. De eorum dedicationibus fusiùs pererudita Epistola ad Cl. Virum Felicem Osium, mihi dum viueret vnice carum, eruditus noster Laurentius Pignorijs. De priuatis ædibus ex Homero refert Plato in Alcibiade i i, Troianos cum suburbanum ædificium molirentur, dicasse Dijs immortalibus preciosa sacrificia bouum. Felicem Victoriæ successum, veluti ipsius partem natalitia, festiuitate annua prosequerentur antiqui: nec ea consuetudine apud diuersas gentes adhuc quicquam familiarius est.

Principibus sanè hunc suæ venerationis cultum admodum placuisse notum est ex Suetonio in Caligula c. 26. qui *Coss. obli-  
 tis de Natali suo edicere, abrogauit magistratum, fuitq; per triduum sine sum-  
 ma potestate Respublica.* Imo etiam Epulo fuisse auctum testatur Dion Hist. Rom. Lib. 54. *Natalem Augusti Iulius Aug. filius tunc  
 Prætor celebrauit Circensibus, & venatione. Senatam etiam & ipsum Au-  
 gust. ex decreto patrum epulo excepit in Capitolio.* Quod etiam seruatum fuisse post illius mortem, idem auctor est. Hanc solènitatem plurimum illustrat vetus Inscriptio Augusto quondam Narbone erecta; quam è Viri diligentissimi Pauli Rhamusij autographo cum alijs eiusdem literaturæ à nobis conquisito hic exhibemus.

T. STA-

T. STATILIO. TAVI  
L. CASSIO. LONGINO  
COS. X. K. OCTOBR  
NUMINI. AVGVSTI. VOTVM  
SVSCEPTVM. A. PLEBE. NARBO  
NENSIVM. IMPERPETVOM

Quod. Bonum. Faustum. Felixque. Sit. Impe. Cæsari  
Diui. F. Augusto P. P. Pontifici. Maximo. Trib. Potest.  
XXXIII. Comugi. Liberis. Gentique. Eius. Senatui  
Populoque. Romano. Et. Colonis. Incolisque  
C. I. P. N. M. Qui. Se. Numini. Eius. Imperpetuum  
Colendo. Obligauerunt. Pleps. Narbonen  
Sium. Aram. Narbone. In. Foro. Posuit. Ad  
Quam. Quod. Annis. VIII. K. Octob. Qua. Die  
Eum. Sæculi. Felicitas. Orbi. Terrarum  
Rectorem. Edidit. Tres. Equites. Romani  
A. Plebe. Et. Tres. Libertini. Hostias. Singu  
Las. Immolent. Et. Colonis. Et. Incolis. Ad  
Supplicandum. Numini. Eius. Thus. Et. Vinum  
De. Suo. Ea. Die. Præstent. Et. VIII. K. Octobr  
Thus. Vinum. Colonis. Et. Incolis. Item. Præ  
Stent. K. Quoque. Ianuar. Thus. Et. Vinum  
Colonis. Et. Incolis. Præstent. VII. Quoq  
Idus. Ianuar. Qua. Die. Primum. Imperium  
Orbis. Terrarum. Auspicatus. Est. Thure  
Vino. Supplicent. Et. Hostias. Singul. In  
Molent. Et. Colonis. Incolisque. Thus. Vi  
Num. Ea. Die. Præstent

ET Pridie. K. Iunias. Quod. Ea. Die. T. Statilio  
Tauro. Maemilio. Lepido. Cos. Iudicia  
Plebis. Decurionibus. Coniunxit. Hostias  
Singul. Inmolent. Et. Thus. Et. Vinum. Ad  
Supplicandum. Numini. Eius. Colonis. Et  
Incolis. Præstent.

Exque. Ijs. Tribus. Exquitibus. Rom  
Libertinis. Vn

NARBONENSIS. A  
 NUMINIS. AVGVSTI. D  
 CAVIT

## LEGIBVS. HISQ. I. S. S

Numen. Cæsaris. Aug. P. P. Quando Tibi  
 Hodie. Hanc. Aram. Dabo. Dedicabo  
 Que. His. Legibus. Hisque. Regioni  
 Bus. Dabo. Dedicaboque. Quas Hic  
 Hodie. Palam. Dixero. Vti Infimum  
 Solum. Huiusque. Aræ. Titulorum  
 Quæ. Est. Si Quis Tergere. Ornare  
 Reficere. Volet. Quod Beneficij  
 Causa. Fiat. Ius. Fasque. Esto. Siue  
 Quis. Hostia. Sacrum. Facit. Qui  
 Magmentum. Nec. Protollat. Id  
 Circo. Tamen. Probe. Factum. Esto. Si  
 Quis. Huic. Aræ. Donum. Dare. Au  
 Gereque. Volet. Liceto. Eademq;  
 Lex. Ei. Dono. Esto. Quæ. Aræ. Est  
 Ceteræ. Leges. Huic. Aræ. Titulisq;  
 Eadem. Sunt. Quæ. Sunt. Aræ  
 Dianæ. In Auentino. Hisce. Legi  
 Bus. Hisque. Regionibus. Sicuti  
 Dixi. Hanc. Tibi. Aram. Pro. Imp  
 Cæsare. Aug. P. P. Pontifice. Maxi  
 Mo. Tribunica. Potestate. xxxv  
 Coniuge. Liberis. Genteque. Eius  
 Senatu. Populoque. R. Colonis  
 Incolisque. Col. Iul. Patern. Narb.  
 Mart. Qui. Se Numini. Eius. In. Per  
 Petuum. Colendo. Obligauerunt  
 Doque. Dedicoque. Vti. Sies. Volens

P R O P I T I V M

L

CA-

## CAPVT X.

*Parentum Vota pro filijs.*

**N**on minori festiuitate Veteres cum liberos suscepissent, postes ornabant floribus, & coronas suspendebant in lætitiæ signum, & voti solutionem. Hinc Iuuenalis Satyr. ix.

*Tollis enim & Liberis A Florum spargere gaudes  
Argumenta viri: foribus s. spende coronas,  
Iam pater es.*

Infans enim non habebatur legitimus, nisi Pater præsens, vel absentis loco procurator, infantem terra leuasset, sinuiq; imposuisset. Itaq; tollere infantem, est suum agnoscere, alere in spem familiæ, & hæredem habere. Propterea mox pergunt Poeta:

*————— dedimus quod famæ opponere possis.  
Iura parentis habes, propter me scriberis hæres,  
Legatum omne capis, nec non & dulce caducum.*

Hinc Dea Leuana præses audiebat nascentium, cui primò patres vota faciebant. Infantibus verò iam editis præfecerunt Deos ridiculos custodes præfecerunt: Vagitanum nempè, & Fabulinum, cum vagire & fari pueri inciperent; Cuninam, cum in cunis essent; Fascinum cum fascijs inuoluerentur; Ofsilaginem, cum ossa eorundem inciperent firmari; Statilinum, vel Stabilinum, cum iam possent stare; Ruminam, vel Ruminam, cum lactarent; Edusam & Potinam, cum edere, & potare possent; tandem Pauentinam, quæ pauores ab eis arceret. Iisdem præerant Ianus, Opis, Nascio, siue Natio Dea, Vaticanus, Nundina, Carnea, Orbona, cum orbatu parentibus essent, teste Arnobio Lib. iv. contra Gentiles. Iunoni etiam soboles commendabatur. Vetus est monumentum:

IUNONI. REGINAE

SACR

... LIC. SERENIANVS. V. C. ET. VARI

NIA. ... ACCINA. C. F. PRO. SALVT

... LIAE. SVAE. VARINIAE. SERE

NAE. DICAVERVNT

Quod huic deest ab æui diuturnitate supplet altera ex horto Illustris. Cœsiorum, quibus eruditi magnam Antiquitatum partem acceptam ferunt.

IUNONI

REGINAE

PAEZON

AQVILIAES

BASSILLAES

ACTOR. CVM. PAEZVSA

FILIA. SVA. D. D.

Omnium autem eulentissima est in Ara Capitolij in Domus Augusti conseruationem olim erecta.

I	U	N	O	N	I						
R	E	G	I	N	A	E					
C	O	N	S	E	R	V	A	T	R	I	C
L	I	B	E	R	O	R	V	M	.	D	O
M	V	S	.	A	V	G	V	S	T	I	
D	.	D									

Et verè Iunoni honor iste deferebatur. Quæ namq; primam Coniugum animos inuicem conciliauerat, cuius noua mater senserat opem, à prolis cura fuisse alienam, iniquum videbatur. Quid verò quòd pro filijs Vota Matronis soluta? Huiusmodi in ara legebatur Mediolani:

SECUNDVS. RV

FIANVS

PRO. NATIS SVIS

MATRONIS

V. S. L. M

L 2

Eas

Eas apud veteres religioso cultu habitas persuadent in primis tres Deæ sinu fructuum pleno huic Inscriptioni imminentes in ditone Iuliacensi:

MATRONIS. VACALLI  
NEHIS. TIB. CLAVD  
MATER NVS. IMP. M

L. M

Eodemq; fuisse loco crediderim reliquas omnes Matronas Romanas, Aserchenas, Rumachas, diuersos a loco, quarum titulos aspiratione, ut rectè monuit Gruterus, ruditatis non expertes nostra secula saxis debent. Et sanè nisi has diuinis honoribus affecissent antiquitus, pro salute Cæsarum ijs neutiquam Vota nuncupassent.

Fata verò prospera Pueris nuper editis cum voto concepta tabulisq; obsignata ipsorum capitibus fuisse subiecta declarat D. Chrysostomus in Epistolam ad Galatas, easq; impietatis plenas scribit, & Seneca Epistola 60. *Execrationes parentum* appellat. Ausonius:

*Fatis verba notanda.*

De quibus Tertullianus de Anima: *ultima die fata ascribenda.*

Filiosque ipsos tamquam Votiuos Dijs fuisse oblatos indicat Claudianus:

*Vberibus sanctis immortalisq; Deorum  
Crescis adoratus genibus.*

Deorum quoque habitu vestitos constat ut tutelam Deorum mererentur. Ita puer ille apud Herodianum, qui libellum, in quo cedes præscribebantur à Commodo, reuelavit, Annoris habitu comparuit. Verus etiam Imperator Pueris alas, & Noti, Austri, siue Boreæ nomen addidit, ut in eius vita notat Spartianus. Cuiusmodi imaginum exempla adhuc in fragmentis lapidum occurrunt.

Nec Parentum animos ulla res magis occupat quam Liberos salus, de qua elegans Inscriptio:

VE-

VENERI. GABI  
 NIAE. ET. ALBAN  
 AE. S A N C T A E  
 P R O . S A L V T E . L  
 I V N I I . P R I M I G E N I  
 ET. SECUNDINO. FIL  
 L. I V N I V S . F E L I X  
 P A T R . C V P E D I N I S  
 I I . A E R . P . S . P O S .

Tanta verò Puerorum apud veteres cura erat, ut (quod notat Plutarch.) ad auertendam aciem malignam ac fascini plenam, ijs turpicula res in collo quædam suspenderetur, teste Varrone de Lingua Latina Lib. vi. quam forma genitalium virilium fuisse satis ostendit Priapus æneus uncinulo in eiusmodi usum paratus, quem in Museo Illustrissimi Viri D. GASPARIS THVILLERII nuper Christianissimi Regis Galliarum ad Serenissimam Remp. Venetam Legati videre licuit. Fascinum enim vocabatur pudendum virile, quod depelleret Fascinum, cuius auerruncus erat Fascinus Deus. Etiam si Medicus longè doctissimus Hieronymus Mercurialis de morbis puerorum Lib. i. Cap. i. opinetur olim infantium collo appensam fuisse eam Satyrii speciem, quæ vulgo Or. his femina dicitur. Quod procul dubio à Plinio accepit, qui videtur Lib. xix. Cap. iv. id affirmare. Sed pace tanti viri, non sermo est Plinio de puerorum fascino, sed de hortorum tutela. Sic enim ille: *In remedio Satyrica signa, quamquam hortos tutela Veneris &c.* Satyrica enim signa hic deducta videntur à Satyris, quos nemo petulcos esse ignorat, ut ea signa nihil aliud quam verenda denotent.

Liberis autem sanitati restitutis, Castori & Polluci tamquam Dijs magnis Votum esse factum indicat saxum.

CASTORI. ET. POLLUCI. DIIS. MAGNIS  
 SVLPITIA. Q. SVLPICII. F. VOTVM  
 OB. FILIVM. SALVTI. RESTITVTVM.

Li-

Libertatis etiam redditæ pro filijs parentes vota exsoluisse marmor hoc Romæ prodit, quo pater soli iucundissimæ lucis auctori pro filij restitutione diuinitus veluti monitus tale monumentum statuit.

S O L I . S A C R  
C. DVCENIVS  
C. LIB. PHOEBVS  
FILIVS. ZENONIS  
NATVS. IN. SYRIA  
NISIBYN. LIBER  
FACTVS. ROMAË  
EX. VISV  
V. S. L. M.

### C A P V T X I.

#### *Puerorum Vota, & potissimum Capillitia.*

**I**Nsitum teneris quoq; puerorum animis fuisse Numinis cultum, satis prodit prima hominis ætas. Pueri nempe posita prætexta virilem togam sumpturi bullas Penatibus dabant. Persius Satyra v, vers. 30.

*Cum primum puido custos mihi purpura cessit  
Bullaq; succinctis Laribus donata pependit.*

His enim Dijs commendatam fuisse pueritiam innuit Claudianus in 3. de raptu Proserpinæ:

*In fidi natam Laribus commisit alendam.*

Bullas tamen alijs quoq; Dijs appensas fuisse non obscurum est. Auream nempe ex catena aurea collo Veneris marmoreæ propè Nemausum inuentæ alligatam se vidisse humanissimis ad me literis testatus est laudatæ memoriæ Nicolaus Fabricius Dominus de Peyresch, cuius nunquam sine dolore meminero. Iunoni itē Bullam cum Scypho & Tripode dicatam constat ex Inscriptione Gruteri ad Hortos Bellaianos Romæ.

IVNONI. PLACIDAE  
 CONSERVATRICI. AVGVSTAE  
 CLAVDIA. SABBATIS  
 BVLLAM. D. D

ADDIT. ET. SCYPHV. ET  
 TRIPODEM. FORTVNAE. AVG.

Ceterum, Donaria Laribus congrua persequitur Calphurnius Poeta Siculus Ecl. 2.

*— pomiferi Laribus confucimus Horti*

*Mittere primitias, & fingere Liba.*

Libum autem cibi genus ex farre, melle, & oleo conficiebatur. Cuius inventorem alij putabant Liberum Patrem. Ouid. 3. Pastorum.

*Liba Deo fiunt, succis quia dulcibus idem*

*Gaudet, & à Baccho mella referta ferunt.*

Sed veriùs à libando nomen traxit, quod libaretur priusquam esset cocta.

Nec solis frugibus placasse Deos satis fuit. Procedente paulum ætate solebant iuvenes COMAS caræ matris delicias rescindere, easque fluminibus eius loci primitias offerre, notante Scholiaste Homeri, & Pindari in iv. Odem Pythiorum. Sic Ajax Telamonius Ilisso flumini crinem vouit. Adolescentes Romani Æsculapio. Staius Lib. i. i. Sil. 4.

*Accipe laudatos iuuenis Phæbeie crines,*

*Quos tibi Casarius donat puer, accipe latus.*

*Intonsoq; ostende patri.*

Thæseus Apollini Delphico, consuetudine recepta adolescentibus, quam tetigit Martialis Lib. i. Epigr. 32. sed & Ioui, de quo Staius Lib. vi. vers. 197.

*Iuppiter hunc crinem voti reus ante dicaram.*

Sed Apollini barbam, Baccho etiam crines oblatos indicat idem Theb. Lib. viii.

*Ille genas Phæbo, crinem hic pascebat Iaccho.*

Atheniensium vulgus Herculi capillos vouebat ex Hesychio;

Co-

Comas pariter Iuuenes *Hora*, seu ut alijs visum *Hebe* vouebant. Ea enim Dea est Iuuentutis, ut tradit Nonius Marcellus auctoritate Ennij:

*Te, Quirine pater, venereor, Horamq; Quirini.*

Hanc nonnulli eandem esse volunt, quæ Horta, abhortando dicta, qua mediante Iuuenum animi ad honestas actiones exhortarentur, & incitarentur. De qua D. Aug. Lib. vi. Cap. i. de Ciuitate Dei: *Iuuentas Dea cum Termine Ioui noluit concedere in Capitolio condendo*, quod comprobatur Liuius Lib. v. quod Romanum omen traxerunt, fore, ut nunquam termini Urbis mouerentur, nec unquam iuuenilis vigor deesset. Hæc etiam Stimula fuit appellata ultra modum ad agendum stimulans, itemq; Hora ἀπὸ τῆς ὄραν, à videndo, ut Deam prouidentia, seu res inspicientem significet, cui inspicientem significet, cui Agonius Deus, & Agenonia Dea, item Murea & Peta actionum Diijungebantur. Hos Deos iuuenes ad agendum excitare arbitratur Petronius: *cui Deo crimem vouisti Pharmace responde?* Carinus apud Martialem

*comamq;*

*Pergamo posuit Dona sacrata Deo.*

Apud Stobæum Lib. vi. Deiphobum in Canoses, ut stigmata frontis comam se Deo vouere, legimus.

Quid verò Iuuenes memorem? Anchises etiam quod mireris, apud Agathium Scholasticum Epigr. Lib. vi. Cap. 6. Epigr. 2. venustè Comam quantumuis canam Veneri prioris ætatis reliquias dicat. Palladi Callirhoe comam posuit. c. 8. Epigr. xi. Pamphilon Capillos pingues, seu unguentis madidos Isidi Epigram. xii.

Nec Iuuenes tantum, sed VIRGINES etiã Voto interdum ab ipsa natiuitate cõcepto crines Dijs vouebat. Lucan. in Syria Dea:

*Sed qui isti Dijs, quibus VOT A capillitia.*

Idemq; Matronæ Romanæ Dijs placandis obseruarunt. Liuius Lib. iii. *Stratæ passim matres crinibus templa verrentes veniam irarum cælestium finem pesti exposcunt.*

Ac

Ac necetera huius generis vota præteream Navigantes tempestate urgente fulis precibus comam euulisse scribit in sua vita Libanius. Imo Capillos rescissos in fluctus euiciebant votis Neptuno placaturi. Petronius Satyr. *Notauit sibi ad lunam tonsorem in tempestate inhaerentem ministerio execratusq; omen, quod imitaretur naufragorum ultimum* VOTVM in cubile reiectus est.

Serui etiam libertate donati capillos abscindebant. Nonius 235. *Qui liberiuebant, ea causa caui erant, quod tempestate in seruitutis effugeret, sicuti naufragio liberari solent.* Hac de causa mulieres apud Hebræos captiuas abscissa coma libertatis gratiam consecutas esse ex Deuteron. XXI. colligitur. Similiter & capitalis criminis reus absolutus radebatur apud Romanos antequam Capitolium ascenderet, Martialis:

*Ad alta tonsum templa cum reum misit.*

Item, qui peregrinationem suscepisset, Capillum alicui Numini deuouebat, & domum reuersus detonsum consecrabat. Papinius Stadius Lib. VI. Thebaid. v. 608.

*Flauus ab inonso pendebat vertice crinis*

*Arcados.*

Hinc Cæsariem apud Hom. Iliad. XXI. in funere Patrocli Sperchio amui, si in patriam rediisset, deuouet Achilles. In Creta hodiè vxores comam rescissam in mariti funus proijciunt veluti extremum amoris Donarium. Quod in suis Observationibus Cretius, quæ apud me sunt auctoris manu exarata, notauit diligentissimus rerum exoticarum scriptor Honorius Belli, de quo ritu Ouidius in Fastis:

*Mixta bibunt molles lacrimis unguenta fauilla,*

*Vertice libatas accipiuntq; comas.*

Et clariùs multo Propert. Lib. I. El. 17.

*Ille meo caros donasset funere crines.*

Nonsecus ac crines atq; comæ BARBA Dijs sacrabatur. Suetonius de Nerone Cap. XII. *Barbam primam posuit, conditamq; in auram pixidem, & pretiosissimis margaritis idornatam Ioui Capitolino consecrauit.* Vbi cum Cælio Rhodigino Lib. XIX. Cap. II.

M

Li-

Lipfio, & Cafaubono, malim Capitolino, auctoritate Dionis apud quem legitur τῷ δὲ τῷ Καπιτωλίῳ. Quod is cognomen accepit à celebri templo ipfi erecto in Capitolio. Cuius statuam marmoream cum ædícula capiti impofita fe Romæ vidiffe testatur Vlyffes Aldrouandus in Antiq. Romanis pag. 147. Græcos autem hoc Feflum agnouiffe, testis eft Iulius Pollux, cum Ephæbi primam barbam, & comam ronderent, cuius primitias Apollini & Fluminibus confecrabant. Quod ipfum Romani anno fecundo & vigefimo Amicis conuicio acceptis, in honorem numinis cuiusdam peragebant. Quem ritum ante longè Nazaræorum fuiffe liquet. Num. Cap. vi. & Iudicū Cap. xvi. Et poftea veterum inter ethnicos Sacerdotum, qui primos capitis, barbæq; pilos Dijs fuis veluti Primitias facrabant. Quam confuetudinem fecuti fortaffis antiquiores de fronte Victimæ euulfos ante ipfius maftationem cum mola in ara villos cremare confueuerunt, ut memorat antiquiffimus Poeta Homerus, atq; ex eo Virgilius vi. Aneid. quæ prima dixerunt Libamina. Ceterum, quæ fuerit Neroni tantæ lætitiæ caufa, optimè perfequitur Dion interprete Io. Leunclauio Hift. Rom. Lib. 61. *Vifis nonnullis portentis, arufpices refpondere, intemum Neroni denunciari. Tunc facrificia pro falute fecit. Poft hæc celebrauit fefta alterius generis, quæ dicuntur Iuuenalia. ea propter barbam eius, quæ tūc primum rafa fuerat, facta sunt: cuius pilos in fpheram auream coniectos, Ioui Capitolino confecrauit. His Ludis interfuerunt multi, fed imprimis nobiliffimi Viri.* Cetera lectione omnino digna ad ingenij amœnitatem à curiofis luftrentur. Hoc unum addam, tantæ venerationis fuiffe apud Veteres Comas, ut pro reftitutione facta fibi capillorum, Votum factum conftet ex hac Infcriptione defumpta ex autographis Pighij:

MINERVÆ  
MEMORI. TVLLI  
A. SVPERIANA. RES  
TITVTIONE. FACTA  
SIBI. CAPILLORVM

CA.

## CAPVT XII.

## VIRGINVM VOTA.

**V**irginum VOTA erant diuersa, sicut etiam ætas.  
 PVELLÆ namque pilas cum pupis & stropholis  
 Veneri dicabant. Varro Sesiulysis, quem Adria-  
 nus Turnebus *Aitutissimum* interpretatur.

*Veneri  
 Marinas pilas, reticula, ac strophola.*

Quæ tamen verba apud Nonium Marcellum in voce Stro-  
 phium alio modo leguntur; *suspendit Laribus marinas molles pilas  
 reticula, ac strophis.* Strophola verò fuisse corollas discimus ex  
 Plinio Lib. XXI. Cap. II. apud quem strophia sunt coronæ  
 tenuiores. Aliter Nonius Marcellus, sed quam eleganter;  
*Strophium est fascia breuis, quæ virginalem tumorem cohibet papillarum.*  
 Inde Catullus Arg. 59.

*Nec tereti strophio lactantes vincula papillas.*

Pupas etiam sigillaria siue imagunculas, non obscurum est ex  
 Nonio; quas à Virginibus fausto futuri matrimonij auspicio  
 oblatas satis indicat Perlius Satyra II.

*Discite Pontifices in sacris quid facit aurum?*

*Nempè hoc, quod Veneri donate à virgine pupæ.*

Proiectioris ætatis Virgines Dianæ Zonam dicabant, ut  
 procum inuenirent: quemadmodum Callirhoe apud Aga-  
 thium Scholasticum Cap. 8. Epigr. XI. Qualiter etiam refe-  
 rente Pausania Træzeniorum Virgines zonam Palladi Apar-  
 turæ, sicut crines Hippolyto, consecrabant. Forsan etiam  
 ut coniugium esset fœcundum.

Quin se ipsas Fortunæ Virili, cui apud Portam Capenam  
 Seru. Tullius ædem extruxit, offerebant Virgines Romanæ,  
 ut si quæ nequus corporis insideret, numinis benignitate viri no-  
 titiam effugeret. Clari de eo Nasonis versus.

M 2 Ac-

*Accipit ille locus posito velamine cunctas*

*Et vitium nudi corporis omne videt.*

*Vt tegat, hoc celetq; viros, Fortuna Virilis*

*Præstat, & hoc paruo thure rogata facit.*

Et sanè nihil aliud videtur velle nudæ virginis effigies, quam è signo fictili delineatam accepimus è Museo Eminentissimi Cardinalis FRANCISCI BARBERINI, qui magnum Patrum Summum Pontificem VRBANVM VIII. literarum studio ac amore feliciter sequitur, cuius indulgentia Iconem magnitudine ætippo ferè parem paratio nobilissimo Cassiano à Puteo Equite hic præbemus.

Quid verò illa? Venerisne è Praxitelis statua, aut pictura Apellis desumpta? Vterq; enim, ut Deam representaret, Phrynes meretricis typo usus est; quam nudam nisi Cereali- bus, Neptunalibusq; solemnitatibus videre difficile erat: quo tempore ea conspicientibus in honorem numinum vestes & comas soluens profilibat, ubi Praxiteles raptim illam efformavit. Inde Cl. I. C. Io: Galuanus Antiquitatum peritissimus non iniuria opinatus est, huic coniecturæ nihil obstare stolæ decus matronis peculiare, atq; à meretricibus alienum, quòd corruptis moribus ea cum impudicis communis fuerit. Quid si cum disertissimo Vveslingio dixerim, puellæ Imaginem esse in Bonæ Deæ templo suspensam: quò exclusis omnino viris, vt se extra virilem conspectum ornarent, concedere solebant virgines? De quo Ouid. 3. de arte amandi:

*Quæ malè crinita est, custodem in limine ponat,*

*Orneturq; Bonæ semper in æde Deæ.*

Huius insignem fuisse cultum Romanis ostendit vetus Inscriptio, quæ apud Martium Milesium Sarazanum Romæ videtur.

VOTO. SUSCEPTO

BONAE. DEAE

ASTRAPTON. CAESARIS. VILIC

AEDICVLVM. ARAM. SEPTVM. CLVSVM

VETVSTATE. DIRVTA. RESTITVIT

Et

Et uberius alterum votum ei factum, quod ex Grutero exhibeo:

BONAE DEAE  
SANCTAE  
SACR  
VOTO. SVSC.  
MERITO. LIBENS  
TERENTIA  
THALLUSA  
FECIT

## CAPVT XIII.

## NUPTIARVM VOTA.

**C**Um iam puellae aetate nobiles fierent, Veneri tanquam amoris matri vota sua fundebant. Est enim mutua virorum & mulierum effetrix Venus, ob voluptatem corporibus eos commiscens, ac colliquefaciens animos, cui Cupido filius tanquam matrimonij vinculum & Hymeneus addebatur; Mox Virginensis Dea, quae adhibebatur, cum virgini sponsae Zona solueretur, forsan ut coniugium esset foecundum. Videtur id significasse Festus, dum inquit: Cingulo nona nuptia praeferebatur, quod vir in lecto soluebat, fatum ex ianone, ut sicut illa in glomos sublata coniuncta inter se sit, sic vir suus sic iunctus, iunctusque esset. Hunc Herculaneo nodo victum vir soluit omni gratia, ut sic ipse felix sit in suscipiendis liberis, ut fuit Hercules qui LXX. liberos reliquit. Omnes autem vota faciebant Dijs Nuptialibus, ut fortunatum coniugium redderent. Hi in dicio Plutarchi quinque erant, Iuppiter, Iuno, Venus, Suada, (Vel, quemadmodum Turnebo Aduers. Lib. XIX. Cap. XVI. placet, Guadela.) Diana seu Lucina. Quibus superstitiosa antiquitas alios complures addit nomine ridiculos, diuersis nuptiarum ritibus. Qualis Iugatinus, quod coniuges coniungeret. Interduca, &

Deo.

*Domiducus*, cum sponsæ domum ducendæ erant. Erat hic cuius numine putabatur virgo matrona esse, & patriæ potestatis iugo soluto in mariti ius migrare. Item *Domitius*, ut in domo esset noua nupta *Manturna* Dea, ut sponsa cum viro maneret; nec ab eo discederet. *Cinxia*; vnde *Festus*, *Cinxia* Iunonis nomen sanctum habebatur in nuptijs, quòd initio coniugij solutio erat cinguli, quo noua nupta erat cincta. *Tellumum*, *Rufona*, *Mutinus*, *Subigus Pater*, ut virgo à viro subigeretur: *Prema* Dea mater, quæ culta, ne subacta viro cum premeretur, se commoueret. Accessit his Dea *Viriplaca* viris placandis præposita, quando odio à mulieribus disiderent. De qua *Val. Max. Lib. II. Cap. I.* Quoties inter virum & uxorem aliquid iurgij intercesserat, in sacellum Deæ *Viriplacæ*, quòd erat in palatio, veniebant, & ibi inuicem locuti, quæ voluerant, contentione animorum deposita, concordēs reuertebantur. Adde etiam fratres *Picumnum*, siue *Martem Silvanum domesticum*, ac *Pilumnium* mariti *Genium*; *Volumnium* ac *Volumniam*, à volendo sic appellatos, qui præstabant, ut coniuges bona vellent, & benè ac feliciter coniungerentur. *Volumnium* autem coniectura non adeò leui in veteri Inscriptione, à viro *CL. RENATO MORÆO* Professore Regio, nec minùs multiplicis doctrinæ quàm usus Medico celeberrimo, *Lutetia* perhumaniter missa, putauit legendum *V. C. Tristanus* à *S. Amando* in *Comm. Hist. ad Num. Neron.* Quis enim *VOLIANVS*, admodum est obscurum apud Eruditiores, inter quos aliquando *Magnus ille Lipsius*. Nec ullus hic *Volcano* locus. Quid enim ipsi præ *Ioue* aut *Marte* cum Imperatore fuerit? *Apollinis* verò & *Neronis*, aut *Iani*, cognomina ex *Græcis*, *Hebræis*, vel *Armoricis* populis ingeniosè nimis hic repetuntur. Credibilius est, Deo *VOLVMNO* in conseruationem *AVGVSTORVM* fuisse positum hoc Monumentum.

NVMINI. AVGVSTOR

DEO. VOLIANO

M. GEMEL. SECVNDVS. ET. C. SEDATVS. FLORVS. ACTOR. VICANOR.  
PORTENS. TRIBVNAL. CVM. LOCIS. LX. STIPE. CONLATA  
POSVERVNT

Sed

Sed hæc similiaq; attrigisse satis est. Ad rem nostram.

*Horarum* munus erat lectum Nuptis parare, id est tapetibus, floribus sternere. Hinc Theocritus Eidyl. 19. cum de Europa Agenoris Phœnicum Regis filia ab Ioue rapta:

*Et Iuppiter rursus aliam adsumebat formam,*

*Solatq; ei zonam, & illi lectum parabant*

*Horæ.*

Pro fastis Nuptijs Laribus familiaribus supplicari solitum indicat Plautus in Aulularia:

*Nunc thuseulum emi, & hæc coronas floreas.*

*Hæc imponentur in foco nostro Lari,*

*Vt fortunatas faciat Nata nuptias.*

Et confirmat Varro de Vita populi Romani Lib. 1. Nubentes ex veteri lege Romana asses tres ad maritum venientes sciebant ferre, atque unum quem in manu tenebant, tanquam emendi causa marito dare; alium, quem in pede habebant, in Foco Larium familiarium ponere. His iure Penates accenset Pontanus:

*Pax colitur, coliturq; thorus, castiq; Penates.*

### C A P V T X I I I I .

#### *Parturientium Vota.*

**Q**uoniam verò Nuptiarum effectus est partus, naturali ordine hoc loco de parturientium Votis dicendum. Hæc autem varia & multiplicia fuerunt, quandoquidem parturientium periculo nullum ferè grauius: ut meritò Phronesium apud Comicum:

*Date mihi huc stactam, atq; ignem, in aram, ut venerem Lucinam meam,*

*Hic apponite.*

Puella quidem iam grauida zonam solito arctiorem in templo Dianæ *Ασίζωνε*, hoc est, zonam soluentis deponere, Atheniensibus solemne erat. Mulieres etiam partu leuata zonam Dianæ iacrasse auctor est in Argonaut. Apollonins. Latinis  
autem

autem zonam solvere dicitur, quæ viro tradita; Græcis, quæ primùm parit; notante ad Catullum Iosepho Scaligero.

Sponsæ autem, cum utero ferrent, quibusdam Dijs & Deabus vouebant, ut eorum prolem aduersus Siluanum tuerentur.

Ad impetrandam verò partus facilitatem Iunoni Vota solvebantur. Alludit ad hoc Propertius Lib. iv. Eleg. i.

*Idem ego cum Cinare traheret Lucina dolores.*

*Et facerent uteri pondera lenta moram.*

*Iunonis votum facite impetrabile dixi.*

*Illam parit, libris est data palma meis.*

Accedebant huic alij Dij, & Dæ, qui parturientibus præerant, qualis *Mena* mulierum menstruis præfecta: *Pertunda*, *Lazona*, *Egeria*, *Lucina*, *Nixij* Dij; Et a Romanis, ex pariendi discrimine, maximè celebratæ Dæ, *Prosa* vel *Prorsa*, & *Posueria* à quibus mulieres auxilium expectabant.

Huc spectat, quod Suetonius Plinij Secundi auctoritate inscriptum refert in *Caligula* Cap. viii. OB. AGRIPPINAE PVERPERIVM.

Puerperæ Votum eleganter exprimit Tabula figulina, quæ afferuabatur olim in Museo V. C. Martij Milesij Sarazani, in cuius auersa facie foramen in medio, ut ea meliùs affigeretur. Continet hæc obstetricem, quæ dextra mulierem sustinet ferè nudam habitu dimisso; de quo Plautus in *Truculento*:

*Eamq; gero ornatam, ut egra quasi puerperio cubem.*

Eamq; partus dolore afflictam & pavidam verbis fortassis Ouidianis sic affatam:

*Septem ego per noctes, totidem cruciata diebus*

*Fessa malis, tendensq; ad cælum brachia, magno*

*Lucinam ad nexos partus clamore vocabam.*

Puero autem iam edito matrem ipsa consolari videtur, dum infantem gremio foues, ut est apud Papiniû Lib. 2. Sil. i. v. 79.

*— — raptum protinus aluo*


*Sustulit exultans, ac prima lucida voce*

*Astra salutantem.*

Tabula

96





Tabula verò ista Dianæ Nemorensi, quidquid de Nemorosa  
alij, omnino sacra fuit, tamquam parturientium adiuvæ. De  
qua Capite xv. Inventa quippe Nemi, ubi celebre olim Dia-  
næ Templum. De qua Horatius Lib. i i i. Od. 22.

*Montium custos, nemorumq; virgo,*

*Quæ laborantes utero puellas*

*Ter vocata audis, adimisq; Letho,*

*Diua Triformis.*

Vocandi autem formulam Terentius in Andr. Act. 3. aperit:

*Iuno Lucina fer opem, serua me obsecra.*

Ia quem sensum Abdias Babylonæ Episcopus Lib. i i i. Hist.  
Apostolicæ (si modò is auctor est Libri, qui à Julio Africano  
Latinè redditus, eius nomine circumfertur) de quadam Cal-  
liope inter gravissimos partus dolores ita sororem alloquen-  
te: *Vade queso, & inuoca Dianam Deam nostram, ut misereatur mei; ipsa  
enim habet parrociniûm obstetricandi.*

Vtramq; rectè Comicum iunxisse ostendit Tullius de Na-  
tura Deorum Lib. i i. *Vt apud Græcos Dianam, eamq; Luciferam, sic  
apud nostros Iunonem Lucinam in pariendo inuocant.* Vidit id longè  
prior in Theat. Diuinus Plato, ubi *Diana Acrilis* partuum tute-  
lam suscepit. Quod idem comprobat Inscriptio ex Colle-  
ctaneis Veterum Inscript. Cl. Viri Io. Baptistæ Doni amici me-  
ritissimi nondum editis, mihi perhumaniter transmissa:

IVNONI. LVCINALI

PRO. FILIA. PARVA. LABORANTE

SVSCEPTO. VOTO

STATILIA. D. D

Illud ex ijs quæ supra diximus reperisse iuuat, ut Viri Ge-  
nium colebant, sic Feminae Iunonem Natalem. Huc spectat,  
quod Ioan. Seldenius de Dijs Syris Syntagm. ii. Cap. ii.  
perquam eruditè notauit, verustissima consuetudine rece-  
ptum fuisse Iunonem Lunæ titulo venerari; nec ab ea diuer-  
sam Latiorum Lucinam, quæ Græcis *Εὐθυμία*, & *Εὐθυία*,  
fortassis ex Arabico *Lilith*, quæ Dea parturientibus ex nato

N ipsi

ipsi non tam tutelaris erat quàm infensa & timenda, nisi supplicationibus placaretur. Cuius metu hodierni Iudæi parietibus cubiculi hæc verba superstitiosè inscribunt: *Adam, Chaud, Chutz, Lilub, siue, procul hinc esto Lilit.*

## CAPIT. XV.

## CONIUGVM VOTA.

**V**erè quidem Romanæ Tragœdiæ Princeps in *Mædea*:  
*Conciliat animos coniugum parvas fere.*

At quoniam non ubiq; ea matrimonij felicitas est, unum maritalis fidei vinculum superest Concordia, quæ mitigat ac diluit quicquid hic occurrit sætum. Cuius rei memores prisca inter alios Nuptiarum ritus Natalem aem, nempe Cornicem, Concordis veluti coniugij symbolam non vulgari religione sollicitabant. Quo alludens Tibullus Lib. I. Eleg. II.

*Vota cadunt. Utinam strepitantibus aduolat alis,  
 Flauaq; coniugio vincula portet Amor.*

Magnum fateor marito solatium adfert Coniugis claritas, pietas, sanctimonia, innocentia, probitas, modestia, fides, pudicitia, prudentia, diligentia, tamq; accurata proles educatio, ut filios suos proprijs uberibus educasse apud veteres posteris in laude sit relictum: Beatitudinis tamen in hac vita summam esse, annorum consensum inter Coniuges, duraturis seculo monumentis quidam testati sunt. Quid enim aliud sibi volunt hæc inter cetera saxis tradita longæ ætatis encomia? *Coniuges maritali concordia incomparabiles: coniugi amantissima.* Amplissima sanè hæc mutua benevolentia occasio: ut merito coniuges pro se inuicem vota susceperint. Quo modo Plutarchus auctor grauiissimus tradit Artaxersem TERRÆ pro uxore votum fecisse. Facti causam & rationem optime indicat Macrobius Lib. I. Cap. X. nimirum, *ab hominibus hinc Deos*

(scilicet Saturnum, & Opem,) quasi vitæ cultioris auctores haberi.  
 Cui vero Terra Opis dicta subdit idem, quod eius ope humana vi-  
 ta alimenta querantur. Huic (pergit idem) Deæ Opi sedentes vota con-  
 cipiunt, terramq; de industria tangunt, demonstrantes ipsam matrem esse  
 mortalibus appetendam. Ei aliàs mense Aprili Romani Bouem  
 grauidam mastabant; itemq; Vaccas prægnantes, quarum vi-  
 tulos à ministris exactos maxima Virgo cremabat; & Horatio  
 auctore Epist. Lib. 11. Porcum, vel Scropham. Vnde Arno-  
 bius hæc sacrificia deridens Lib. vii. *Telluri Matri Scropha ingens  
 immolatur facta, ac Mineræ Virgini virgo ceditur Vitula.*

PILVMNO & PICVMNO mariti Cal. Martij, qui mensis  
 Picumno erat sacer, pro coniugij felicitate Vota faciebant.  
 Picumnus enim cum fratre Pilumno coniugij curam gerere  
 credebatur. Ille quippe pro stabiliendo regno ciuibus suis Sa-  
 binarum raptum concessit. Ille autem Romulo eius rapinæ  
 auctor ferebatur.

Dianam parturientibus auxiliarem esse iam pridem intel-  
 leximus. Quidni etiam Coniuges ipsius tutelam expectent?  
 En egregiam pro hac sententia Inscriptionem, Anno 1554.  
 ad lacum Nemorensem effossam.

D I A N Æ

NEMORESI. VESTÆ

SACRVM. DICT

IMP. NERVÆ. TRAIANO. AVG

GERMANICO. III. COS. PRÆF

EIVS. T. VOLTEDIO. MAMILIANO

QVÆSTORIB.

L. CÆCILIO. VRSO. II. M. LVCRETIO

SABINO. II. ÆDILIB. Q. VIBENNA. QUIETO

TIB. CLAVDIO. MAGNO

P. CORNELIVS. TROPHIMVS. PISTOR

ROMANIENSIS. EX. REG. XIII. IDEM. CVR

VICI. QVADRATI. ET. LANIA. C. P. THYONOE. CONIVX

EIVS. VOTVM. LIBENS. SOLVERVNT

N 2 Sed

Sed quoniam nihil valetudine omnium optabilius pro stabilienda re familiari, iure Æsculapio suus hic defertur honos.

T. AVRELIVS. AVG. LIB  
DIOSCORVS. VOIVM  
ÆSCVLAPIO. SANC  
TO. OB. PROCESSVS  
SVOS. CVM. VALERIA  
NICE. CONIVGE. ET  
AVRELIS. DIOSCORIS  
VICTORINÆ. FILIS

D. D

Mercurius quàm sit necessarius ad dexteritatem negotiorum, nemo magis experitur, quàm qui familia auctus pro ea sedulus enigilat. Hinc quidem pro Coniuge sic ad Mercurium.

MERCVRIO  
L. PVPLICIVS  
L. F. BROCCO  
PRO. SALVTE  
CORNELIÆ. MACRINIANÆ  
VXORI

V. S

Quod etiam fata ex voto produxerit Proserpinæ benignitas, ei merito monumentum statuetur.

PROSERPINÆ  
SERVATRICI  
C. VETTIVS. SIL  
VINVS. PRO. EV  
NOIDE. PLAVTIL  
LA. CONIVGE. SIBI  
RESTITVTA  
V. S. A. L. P.

Coniuges stabili cursu quòd vitam ducerent, Panis Deibeneficium agnoscebant.

INGRATI ANIMIS, Sicut in Dio. P. AN. I. A. T. O. V. abis  
- non illius. C. QVINTEVS. M. V. CEANVS  
- ex. ET. HERODIA. SMN NESIA  
- 2. VXOR. DVLCISSIMA  
V. S.

Atque hinc Fortuna prosperitas ad uniuersa domus conser-  
uationem non minimis coniugum bonis annumerabatur.

DEAE. FORTVNÆ. RED  
PRO. SALVTE. APPII. SERGI  
LATRANI. VOTI. SOL  
SERGIA. EUTERPE

Tandem ut rem diffusam in pauca contraham, Dijs Conser-  
uatoribus Vota solemniter nuncupata ostendit Inscriptio Sa-  
lodiiana.

DHS. NN  
CONSERVATORIBVS  
PRO. SALVTE  
ARIÆ. SVÆ  
N. NONIVS  
MACRINI. CONSECR  
CAPVT XVI.

VOTA AMATORIA.

**A**ternitatis desiderio innata mortalibus generationis  
necessitas tam durum quandoq; etiam in vim Ratio-  
nis mentemq; exercet imperium, ut Antisthenes; ve-  
rè apud Theodoretum Orat. 3. Amorem Dementia mor-  
bum dixerit. Cuius omnia quum sint admodum lubrica, atq;  
ut eleganter Claudianus:

*Iocundiq; metus, et non secreta voluptas:*

Venus amoris & generationis ac voluptatis Dea magnopere  
colebatur à gentibus. Quam ut libi propitiam experirentur,  
eidem

eidem **VOTA** fundebantur, aedes, aræ, templa, lucus insigni  
veneratione dicata fuerunt, adeoq; et ipsa varijs titulis hone-  
stabatur. Hinc **CELVACINÆ** Veneri templum vouit & ex-  
truxit Titus Tatius Rex, in ea fori parte, qua Romani, & Sa-  
bini armis depositis pacem inierunt.

Eadem Veneri **CALVÆ** consecrarunt Romani in Gallia  
Capitolo obsessi, cum ex mulierum capillis tormenta fecissent.

**ERYCINÆ** Veneri Romæ Q. Fabius Maximus Dictator  
Eadem vouit, cum è Sibyllinis Libris edictum esset, ut is voue-  
ret, cuius maximum imperium in urbe esset, Liviø auctore  
Lib. XXI I. Huic alia aedes ad portam Collinam vota à L. Por-  
tio Leunio consule, bello Ligustino, & ab eodem dedicata,  
eodem teste Lib. xl.

**VICTRICI** Veneri aedem ædificauit Pompeius, referente  
Plutarcho in eius vita; cuius Victricis Veneris Imago in num-  
mis antiquis visitur. Veneri item **GENETRICI** Templum  
ante pugnam Pharsalicam vouit Iulius Cæsar, victoriaq; po-  
titus in foro suo posuit, eiq; spolia de hostibus dedicauit, ut  
thoracem de margaritis Britannicis: ubi etiam collocauit Oct.  
Augustus Statuam æneam D. Cæsari cum stella crinita supra  
caput ipsius fulgente; de quo Dion Lib. XLII I. Sed & huic  
Deæ Cestum dicasse Matronas ostendit Inscriptio Eboræ:

DIVO. IVLIO

LIB. IVL. EBORA

OB. ILLIVS. IN MVN. ET. MVN

LIBERALITATEM

EX. D. DD

QVOIVS. DEDICATIONE

VENERI. GENETRICI

CESTM. MATRONAE

DONVM. TVIERVNT

Hunc fuisse cingulum amoris ostendit Martialis:

*Vt Martis reuocetur amor, summiq; Tonantis*

*A te Iuno peto cestor, & ipsa Venus.*

Ve-

Veneris. **C**APITOLINA meminit Suetonius in Caligula, & Galba. Item Veneri **PLACIDA** adscuta fuit in regione Veneritandem **ROMANA** delubrum fuit in via sacra, quod inter singularia & admiratione digna loca memorat Marcellinus. Hinc Venus non inconcinne dicta fuit **Alma**, **Augusta**, **Caelestis**, **Felix**, **Inuicta**, **Iouia**, **Vetina**, **Victrix**, & **Placida**, quemadmodum ex Inscriptionibus satis constat.

Quin etiam Poetae suos amores Veneri consecrabant. De quibus procul dubio audientibus in Florilegio Epigram. Cap. IX. Lib. V. Agathius Scholasticus. In hunc modum Chærestatus apud Erycium Puteabum amemoris ingenij virum in Como tamquam a propitio aliquo Genio admonitus ingenti fiducia votum fecit; si durum Myrtillæ pectus mitesceret, aut seum se Cupidinem Paphiæ femoribus appensurum.

Præterea hic nequea de **Donatio** Veneri facta insignem Athenæi locum Lib. XIII. Cap. IV. Chamæleon in *eratleotos in Libro de Pindaro*, verulam legem Corinthi fuisse tradit, cum Veneri civitas magnis de rebus supplicaret, ut accirentur in supplicationum pompam meretrices multe, quæ Deam precarentur, & post aliorum discessum in Templis permanerent. Subdit idem. Cum Dea tabulam Corinthij dicit assens adhuc extantem, in qua privatim erant meretrices depictæ, quæ supplicationibus Deam propitiaverant, & in eius fauore peractis supplicationibus subsisterent, adscripto hoc Epigrammate.

Αἰ δ' ὑπὲρ Ἐλλάδος τε καὶ Ἰουδαίων πόλιν ἄν  
 Ἔσαθεν ὄχεο δὴν Κίπριδος ἀειμονίαν.  
 Ha pro Grecis & bellicosiss. Civibus in votum idem  
 Constiterunt, diæ opem Veneris imploratura.

Notat in hunc locum **Casaubonus**, non solum conceptionis voti frequentes adfuisse de more prociis pudoris mulieres, verum etiam postea sacris interfuisse, quæ voti sui rei Corinthij Dea reddebant. Sed quod magis est, Veneri olim non solum mercedem, sed postribuli quoq; pretium, siue nummos in templum illatos scribit Herodotus: Cum semel que confederant non prius domum regressantur, quam hospitum aliquis pecuniam mulieri in sinum intulerit, & cum

siueq

ca-

eadem a sano seorsum abditā nem habuerit. Hospitem autem illum, qui pecuniam obtulit, dicere oportet: Tunc ego tibi Deam, *Atylitam* imploro. *Atylitam* enim *Asirij* *Veneram* appellant. At verò pecuniam illam, quantulamcumque sit, non est fas recipere: si quidem in sacrum conuertitur usum. Huius originem ex vetustate nobis dedit *Iulius Firmicus*, cuius hæc verba: *Audio Cinyras Cyprium, templum amice meretrici donasse. ei erat Venus nomen. Initiasse etiam Cyprie Veneri plurimos, & variis consecrationibus deputasse. Statuisse etiam ut quicumque initiari vellet, secreto Veneris sibi tradito assu manuum mercedis nomine Deo daret. Quod secretum quale sit omnes taciti intelligere debemus: quia hoc ipsum propter turpitudinem manifestius explicare non possumus. Bene amator Cinyras meretricijs legibus seruit, consecrata Veneri à sacerdotibus suis stipem dari iussit, ut scorto. Unde videtur mihi lucem adferri posse Senecæ de Providentiâ Cap. v. Non sunt diuitia bonum. Itaque habeat illas, ut illius teno. ut homines pecuniam eam in templis consecrarent, videant & in Fornice. Hanc verò pecuniam fuisse Decimam, expressè tradit *Nicardus Variorum Epigram. Lib. vi. Cap. 8. Epigram. 9.**

Huic Deæ *Lais* præterea speculum dicat apud *Platonem* ibidem Epigrammate 1. & sequentibus.

*Gravem tibi decimam accepi questus feram Venus.*  
De hoc Donatio non minus eleganter, quam festivè *Ausonius Epigram. 54.*

*Lais, anus Veneri speculum dico, dignum habeat se*

*Eterna æternum forma ministerium.*

*At mihi nullus in hoc usus, quia cernere talem,*

*Qualis sum, nolo: qualis eram, nequeo.*

Hunc ritum confirmat vetus monumentum  
IOVLIVNON. MINER  
ANTONIA. M. GL. FB  
APHRODISIA. SCYPHOS. H.  
VENEREYM. SPECVLVM  
DONVM. DEDIT  
Es uberius illustrat Donarium infigne è saxo Malace in Hispania

spania VENERI Augustæ oblatum, in quo præter alia ornamenta, Phialam, & Tabulam argenteam, Tiaram, Anulum aureum, & Gemmam videre est.

VENEREM. AVG. CVM. PARERGO. ITEM. PHIALAM  
ARGENT. ÆMIL. RVST. P. ITEM. TABVLAM. AR  
GENT. M. ANNIVS. CELCITAN. TEST. SVO. POST. MORTEM  
ÆMILIAE. ARTEMISIAE. VXORI. ET. HÆREDI. SVÆ  
RONR. IVS  
ÆMILIA. ARTEMISIA. TIRA. POS. EADEMQ  
DE. SVO. ANVLVM. AVR. GEMMA. MELIORE

Veneri autem sacra facturas rosas & floribus coronatas fuisse accepimus, forsitan quod amantes essent vincti, ut notat Athenæus. Quo ritu etsi nihil turpius, pessimum tamen, & verum Paganismi signum, quod memoriæ reliquit Athenæus Lib. XIII. Cap. XXVIII. Deorum, siue Templorum Donaria meretricibus fuisse oblata. Paulò æquius eorum institutum, qui ex muneribus meretricijs Diuorum simulacra constituebant. Quos tamen Lib. VI. aduersus Gentes Arnobius verè & grauius damnat. Nec alienum erit, quæ de Proserpinæ raptu memorat I. Firmicus Libro sæpe citato huc transtulisse: *Hennenses, ut possent maternis luctibus ex aliqua parte inuenire solatium, inferorum Regem virginem rapuisse sumpserunt: & ut fides figmentum sequeretur, propè Syracusas eum per alium locum cum virgine emeruisse iactarunt. Templum sanè & raptori & virgini accuratè collatis sumptibus faciunt, & annua in Templo VOTA decernunt. Proserpinæ autem vouebatur Porca. De qua Martialis Lib. 6. Epigr. 47.*

*Exsoluit votis hac se tibi virgine porca.*

*Marcus*

Et cum ipsa sit sterilis, Vacca sterilis. Virgilius VI. ÆN.

*ipse atris velleris agnam*

*Aneas matri Eumenidum, magnæq; sorori*

*Ense ferit, sterilemq; tibi Proserpina vaccam.*

Sed ut ad Venerem reuertamur: tradunt quidam huic anti-

O

quos

quos dedicasse ex præstantioribus puellas, quæ ad eius templum profarent, ac veluti sacræ deinde Viris traderentur. Quod de Lydijs etiam prodit Herodotus. Has in Pænulo Plautus: *Clientas* vocat; & in Rudente *Antistatam Veneris* appellat sacris Deæ præfectam. Huc facit quod D. Augustinus Lib. IIII. Cap. x. de Ciuitate Dei scribit, quòd Phœnices donum dabant Veneri de prostitutione filiarum, antequam iungerent eas Viris. Quod de Cyprijs narrat Iustinus Lib. XXII. *Mos, inquit, erat Cyprys virgines ante nuptiis statutis diebus dotalem pecuniam quæsturas in quæstum ad litus maris mittere, pro reliqua pudicitia libamenta Veneri soluturas.* Prostituendi feminas vulgo etiam fuit mos Augilarum in Africa, nocte quâ nubarent, ut Herodotus, Solinus pariter, & Mela auctores sunt. Item Sicæ in eadem terra templo Veneris matronæ dotem quærebant vulgato corpore. Armenis similem ferè morem fuisse narrat Strabo Lib. XII. *Comana multa sibi sunt mulieres corpore quæstum facientes, pleraq; sacræ.* Qua de re uberiùs idem Lib. XVI. I. *Ioui, quem præcipuè colunt, virgo quadam genere clarissima & specie pulcherrima sacratur: quales Greci pallacas, hoc est, pellices vocant. Et pellicis more, cum quibus vult coire, usq; ad naturalem corporis purgationem.*

Veneri autem Solon etiam ex prostitutarū capturis ædem erexit, in qua meretrices locauit, ne iuuenes alienis uxoribus infidiarentur, teste Iuliano Aurelio de Cognom. Deor. Lib. II. Cap. IV.

A quò non longè est locus ille subobscurus Martialis Lib. III. Epigr. 80.

*Conuiuia quisquis Zoili potest esse*

*Sumenianas cœnet inter uxores.*

Sumeniani igitur loci nomine est locus sub mœnibus, ut & suburbiorum nomine domus & viæ sub urbe significantur. Quare mulieres Sumenianæ erant illæ, quæ in Lupanaribus constitutis sub mœnibus turpem exercebant quæstum, tamquam in remotiori & secretiori urbis parte, quemadmodum hodiè etiam sub ipsis oppidorum mœnibus hæ mulieres habitent.

tent. Sumeni igitur nomine publicum turpitudinis focum designat. Vnde idem Martialis:

*At meretrix avigil, testem veloxq; feraxq;*

*Raraq; Sumeni fornice rima patet.*

Verum, quoniam nullius rei turpis merces decora est, ut verè Terullianus: missis hisce parum decoris, ad reliquos tendamus, ubi prius è Valerio Maximo Lib. vii r. Cap. xv. huic commemorationi adiecerimus, Sulpitiam Ser. Paterculi filiam, Q. Fulvij Flavi uxorem Senatus Libris Sibyllinis per Decemviros inspectis censuisse, ut Veneris VERTICORDIÆ, simulacrum consecraretur, quò facilius virginum mulierumq; mētes à libidine ad pudicitiam conuerterentur. Ea verò, quæ Græcis Α'ποσποφία, & Vrania, Romanis Venus erat VERTICORDIA, quod, ut refert Iulianus Aurelius *de Gent. Deorum Cognominibus* Lib. ii. Cap. iv; diuina planè Romanarum mulierum quodam tempore in libidinem impotentius irruentium corda ad pudicitiam conuerterit. De qua scitè Ouidius *Fastor.* iv.

— *Venus Verso nomine corda tenet.*

Huius fermè generis mulierum Corinthi Votum Veneri factum, quod Plutarchus *Com. de Herodoti malignitate præclarum ac diuinum appellat*, quo petierunt ut Dea maritis ipsorum amorem pugna aduersus barbaros emitteret. Subdit idem, Simonides fecit inscriptionem aneis imaginibus in Veneris fano positis, quod Medea condidisse perhibetur, ab alijs petens ut mariti amore Iasonis ipsam Venus solueret, ab alijs, ut is amore Thetidis Deæ liberaretur. Hinc Veneris Cupidinem filium esse scribit antiquis, eiq; pariter Gratia, quas Græci Charites appellant, addit. Ipsum Poetæ ingeniosè finxerunt Harpocrati Deo silentij Rosam consecrasse. Forsan quod ea silentij symbolum, cuius in amore vis magna est. Ouidij præceptum est *De Arte amandi*.

*Præcipue Cytherea, iubet sua sacra taceri.*

*Admoneo veniat ne quis ad illa loquax.*

Adonis etiam Veneris minister esse fingitur, propter cuius

necem Veneri sues immolatas legimus apud Græcos?

Veneri & Marti commune Templum fuisse cecinit Clau-  
dianus :

*Mauors sanguinea qui cuspide verberat urbes,*

*Et Venus humanas quæ laxat in otia curas,*

*Aurati delubra repent communia templi;*

Pani Clauam & Ceruinam pellem posuit Euius Venerem  
secutus Cap. ix. Epigram. 2.

Nicanoe etiam Priapo de mulierum præstantia iudicanti  
pellem & aureum aqualem obtulit, postquam ipsa sua orna-  
menta abligurisset.

Cæterum ne irrita essent Amantium desideria DIIS AN-  
TELIIS, qui ante fores statuebantur, ferta & unguenta cum  
adoratione sternebant, ut faciles sibi aditus impetrarent. In-  
dicat id Athenæus Lib. xv. Cap. 11. *Cum domus (Amoris) sit*  
*Templum Amasiorum fores coronant.* Ideoq; nonnulli in Amato-  
rum Foribus sacrificant. Hinc Tibullus Lib. 1. Eleg. 2. vers. 14.

————— *Cum posti florida ferta darem.*

Et Plautus :

————— *Bibite festina fores,*

*Potate & site mihi volentes propitia.*

## C A P V T X V I I .

### *Vota Populi pro Principe.*

**V**ERUM, dum sic variè hominum affectus agitatur dulcis  
vesania, ad frugem oppido reuocat animorum in  
Principes deuotio. Hi quippe in terris Deorum vi-  
ces gerunt, ac iura tenent, quos dira vis fulminis in-  
genti maiestatis argumento, sæpè innoxios transijt, quemad-  
modum eleganter Maro in Diuino opere.

*Ecce leuis summo de vertice visus Iuli*

*Exundere lumen apex, tactuq; innoxia molli*

Lam.

*Lambere flamma comas & circum tempora pasci.*

Populo itaque iure merito nihil erat antiquius, quàm pro salute Principis cœlestis numen sollicitare; quo animi studio id factum non obscurum est apud Suetonium in Caligula Cap. vi. cuius verba, ut Subditis Principum venerationem injiciam hic libens adscribo: Romæ cum ad primam famam valetudinis ætonica, & maxima civitas sequentes nuntios opperiretur, & repente iam vesperi incertis auctoribus conualuisse tandem percreebrisset: passim cum luminibus & victimis in Capitolium concursum est, ac penè reuulsa Templi fores; ne quid gestientes *VOTA* reddere moraretur. Adeoque populi adulatio erga suos Principes creuit, ut, eodem Suetonio teste Cap. lix. in Augusto: Nonnulli patrum familiarum testamento cauerint, ut ad hæcaton suis, pralato victima titulo, in Capitolium ducerentur, *VOTVM QVE* pro se solueretur, *QVOD SVPERSTITEM AVGVSTVM RELIQVISSENT.* Et subdit. Quadam Italiae ciuitates diem quo primum ad se venisset, initium anni fecerunt. Prouinciarum pleræque super templa, & aras, ludos quoque quinquennales penè oppidatim constituerunt. Et in Caligula: *Vt verò in aduersam valetudinem incidit pernoctantibus cunctis circa Palatium, non defuerunt, qui pugnaturus se armis pro salute agri, quæque capita sua titulo proposita vouerent. Qui verò hic titulus, num verbena & infulæ; fortasse etiam scriptum Elogium? De his Iuuenalis Satyra x.*

*Prouida Pompeio uederat Campania febres*

*Oprandas, sed multa Urbes, & publica VOTA*

*Vicerunt.*

Ad quam adulationem alludit C. Tacitus Lib. iv. Cethego & Vitellio Varrone Coss. Pontifices eorumque, ex impio ceteri sacerdotes, cum pro incolunitate Principis vota susciperent, Neronem quoque & Drusum usdem Dijs commendauere, non tam charitate inuenum, quàm adulatione.

Et quidem per quietem admonitos quosdam pro salute Principum certis Dijs vouisse monstrat vetus Inscriptio Romæ in domo Alberinorum è regione Palatij della Valle.

NE.

N E M E S I  
S A N C T Æ  
C A M P E S T R I . P R O . S A  
L V T E . D O M I N O R V M  
N . N . A V G G . P . A E L . P . E  
A E L I A . P A C A T V S  
S C V P I S . Q V O D . C O H . D O C  
T O R . V O V E R A T . N V N C  
C A M P I . D O C T O R . C O H . I  
P R . P . V . S O M N I O . A D M O  
N I T V S . P O S V I T . † I . I

Par in Principum obsequium monstrat Liberti Votum Sil-  
uano factum pro salute Augusti ex quorundam sententia:  
quod inferius dabimus, ubi de Agricoliarum Votis. Inter-  
rim omittere non possum geminum pro Augusto Germani-  
co Votum cum suis statuis ab Vlyffe Aldrouando Romæ  
in monte Quirinali visum, Quorum prius ad Iouis simula-  
crum:

I . O . M . S A C R  
V O T O . S V S C E P T O  
P R O . S A L V T E  
A V G . G E R M A N I  
P O N T I F I C I S . M A X I M I  
T R . P O T  
D . V E T V R I V S . A N T I G O N V S  
D . V E T V R I V S . S P . F . P H I L O  
D . V E T V R I V S . A L B A N V S  
P A T E R . C V M . F I L I I S  
P O S V I T

Alterum Deæ Syriæ in Vineâ Card. Carpenfis: A  
D E Æ .

DEÆ. SVRIÆ. SACR  
VOTO. SVSCEPT. PRO  
SALVTE

.....  
.....  
A VG. GERMANICI  
PONTIFICIS. MAXIMI. TR. POT  
D. VETVRIVS. ANTIGONVS  
D. VETVRIVS. SP. F. PHILO  
D. VETVRIVS. ALBANVS  
PATER. CVM. FILIS. POSVIT

Pro Principe Vota etiam soluta ostendit suo exemplo Plinius minor Lib. x. Epist. xlv. ad Trajanum: *solemnia vota pro incolumitate tua, qua publica salus continetur, & suscipimus domine, pariter & solvimus, precari Deos, ut velint ea semper solui, semperq, signari.* Ad quæ Imperator: *Et soluisse Vos cum provincialibus Dijs immortalibus VOTÆ pro mea salute & incolumitate, & mi necuisse libenter, mi Secunde carissime, cognovi ex literis tuis.* Et alibi: *Agnosco Vota tuam Secunde carissime.* Disertè magis Suetonius in Octavi. Cap. lvii. *Omnes ordines in Lacum Curtij quotannis ex Voto pro salute eius stipem iaciebant.* Stipes autem Dijs dabatur. Seneca de Benefic. Lib. vii. *Dijs posuimus votum & stipem accimus.* Livijs Lib. xxv. *Prator edixit ut populus per eos ludos stipem Apollini quantum commodum esset conferret.* Casaubonus annotat ritum iaciendi Stipem in Lacum veteris fuisse superstitionis apud Romanos, qui loca hominum opinione sacra hac ratione venerabantur. Plinius Lib. viii. Epist. viii. de Clitumno: *Fons exu & exprimitur pluribus venis, seu imparibus, cluclatusq, facit quingitem, quilatogremio patescit purus & vitreus, ut numerare iactas Stipes & relucentes calculos possis.* Quænam hæc esset, manifestat Seneca Natural. Quæst. Lib. iv. *In hac ora stipem sacerdotes, & ante ea Dona Praefecti, cum solempne venit sacrum iaciunt.* Ex quibus colligo talos iactos

atos à Tiberio Cæsare in Aponum fontem fuisse aureos, quemadmodum refert Suetonius in Vita eius Cap. xiv. cum Illyricum petens in xta Patavium adisset Geryonis oraculum, sorte traeta, qua nenebatur ut de consultationibus in Aponi fontem talos aureos iaceret; euenit ut summum numerum iacti ab eo ostenderent: hodieq; sub aqua visuntur itali. Quidquid Viri eruditi de æreis suspicati fuerint.

Ratione non dissimili, quamquam sine superstitione, ritu à Maioribus accepto quotannis soleinni die Ascensionis Domini Serenissimæ Reipublicæ Venetæ Dux, aquâ lustrali prius in mare profusa, Annulum aureum à Patriarcha consecratum è puppi Bucentauri in Vndas projicit, hinc verbis: *Desponsamus te mare in signum veri perpetuq; dominij.*

Neque Dijs tantum, sed & Principibus ipsis oblatam fuisse Stipem docet Suetonius Cap. xlii in Caligula: *Edixit & Strenas incunte anno se recepturum. Stetitq; in vestibulo ædium Cal. Ianuarijs ad captandas stipes, quas plenis ante eum manibus ac sinu omnis generis turba fundebat. Quam antea dari Imperatori Tiberius prohibuit Dion Lib. lvii. sequenti anno C. Cæcilius Rufus L. Pomponius Flaccus, consulum nomen gesserunt. Tiberius Strenam, à quibusdam oblatam non accepit: eaq; de re edictum proposuit. Et Lib. lx. sub Claudio Imp. Pecuniariam rem mirifice tractauit, nam & Strenarum oblationem, sub Augusto & Caio usurpatam edicto sustulit.*

Quin subditi se Principibus deuotos, & dicatos, ante alloquium præfari consueuerunt. Vnde vetus formula: **DEVOTI NUMINI MAIESTATI QVE TVÆ.** Quam consuetudinem hodieq; receptam ab Hispanis originem duxisse refert Dion Lib. lxxi. de Augusto: *Quum alijs alijs modis immodicè ei gratularentur, Sextus quidam Pacuius omnium studia superauit, more Hispanorum se Cæsari consecrans: idemq; ut facerent, alijs auctor existens. Imò cum filio Cæsarem hæredem ex æquo nuncupauit, ut ibidem refert idem. Extremi affectus ne dicam vesaniæ exemplum memorat Dion Lib. xlii. Vnus ex Indis Zarmanus siue ex sapientibus eorum unus, ac propterea vel gloriæ causa, vel senectutis secundum leges patrias, siue ut ostentaret se Augusto &*

*Athe-*

*Atheniensibus (Athenas enim venerat) mori volens, deorum sacris, et se (ut referunt) non legitimo tempore, initiatus in gratiam Augusti, inde se in ignem dedit. Sed tanta fuit etiam de Principibus animi sollicitudo, ut boni scriptores antiquitus suas cogitationes non sine solemnipro Imperatoribus voto euulgauerint. Quam præcipuè pietatis notam in Oppiani de Piscat. Lib. 11. deprehendimus.*

Nec minorem Principibus ipsis quàm subditis exoluendi Voti curam fuisse, satis persuadent hæc Suetonij in Caligula Cap. xxvii. *VOTVM* exegit ab eo qui pro salute sua gladiatoriam operam promiserat: spectantibusq; ferro dimicantem nec dimisit nisi victorem. Et post multas preces. Alterum qui se periturum ea de causa *VOTUM* VERAT, cunctantem pueris tradidit verberatum infulatumque, qui notum reposcentes per vicos akerent, quoad præcipitaretur ex aggere. Hæc tamen maiori fortassis ambitione, quàm pietate facta. Vota enim à veteribus summa religione seruata in primis docent codicilli, qui defunctorum hæredibus voti exoluendi necessitatem imponunt.

Tantum verò adoleuit ista solemnitas, ut pro Principis salute, incolumitate, & conseruatione, non solum priuati ciues *VOTA* in adulationem Principum funderent, sed etiam Senatus Populusq; Romanus publica vota institueret. Quod quidem pridie Nonas Ianuarij, & tertio Nonas Ianuarij factum scribit Plutarchus in Cicerone; Capitolinus in Pertinace: *Tertium Nonarum diem Votis ipsis milites Triarium Maternum Lascium, Senatorem nobilem ducere in castra voluerunt, ut eum rebus Romanis imponerent. Et Dion Lib. IIX. Post Calendas Ianuarij die tertio pro salute Principis Vota suscipiuntur. Sed etiam Vota Calendis ipsis Ianuarij fuisse facta, ex Cornelio Tacito Lib. iv. Annalium, & Liuiio Lib. xxi. colligitur. Plures igitur dies Votorum fuere; tertius autem ante Nonas præcipuus. Votorum item memoriam publicis Numismatibus ex argento, auro, & metallo consignarunt. Hinc illæ Inscriptiones: *VOTA PVBLICA SVSCEPTA PRO SALVTE &c.* Item si Imperator viueret,*

P ret,

ret, & eodem felici statu conseruaretur, v. x. xv. & xx. Ludos  
se else facturos promiserunt. Vnde in veterum nummis:

VOTA. QVINQVENNALIA

DECENNALIA

XV

VICENNALIA. ET

TRICENNALIA

Euidētissimum autem huius consuetudinis monumentum in  
Arcu Constantini elegantissimo hodiēq; in foro Boario Ro-  
mæ conspicitur:

VOTIS. X. ET. VOTIS. XX.

Rationem reddit Dio Lib. lxxxii. de Cæsare Augusto: Ei-  
cūm primum decennium exiisset, aliud quinquennium, atq; eo circumacto  
rursum aliud quinquennium, post decennium, ac eo finito aliud iterum decre-  
tam est: ita ut continuatis decennijs, per totam vitam Imperij summam ob-  
tinuerit. Quamob causam posteriores quoque Imperatores, etsi non ad cer-  
tum tempus, sed per omne vita spatium ijs Imperium deferatur, tamen sin-  
gulis decennijs festum pro eius renovatione agunt, quod hodie etiam fit. In  
hanc rem videntur Numismata multa, præsertim Balbinij, Pu-  
pienij, & Gordianij, in quorum auersa parte coronæ ciuicæ in-  
scribitur.

VOTIS. DECENNALIBVS. S. C.

Item Galienus Cæsar referente Trebellio Pollione celebra-  
uit Vota suscepta decennalia.

Idem factum pro corona Millesimi Anni, Saxum Romæ  
Anno 1549. trans Tiberim ad D. Mariam repertum, indicat:

P	R	Æ	S	E	N	T	I	Æ
M	A	T	R	I	S	D	E	V
P	.	S	E	P	T	I	M	I
F	E	L	I	X				
O	B.	C	O	R	O	N	A	M
M	I	L	E	S	I	M	I	
V	R	B	I	S.	A	N	N	I

Pro

Pro salute Principis vota fuisse facta testantur etiam innumera Inscriptiones, quæ passim varijs in locis spectantur: ut in vico Septabilis agri Atellini in tabula ænea

I. O. M. D. SAC. PRO. SAL  
DOMINORVM. NN. AVGG  
IMPP. COLLICIVS. VETERAN  
AVGG. V. S. L. A

Innumeris præterea monumentis huius generis Imperatorum nomina exprimuntur:

DEO. HERCVLI  
PRO. SALVTE  
DIVI. TRAIANI  
&c.

IOVI. CVSTODI  
QVIRINO. SALVATORI  
PRO. SALVTE  
CÆS. NERVÆ  
&c.

Item

I. O. M.  
PRO. SALVTE  
IMP. L. SEPTIMII  
&c. V. S.

PRO. SALVTE  
ET. VICTORIA  
IMP. CÆS. L. SEPTIMII  
SEVERI. &c. EX VOTO

Et Albæ Iuliæ legitur.

P a I. O.

## CAPVT XVIII.

*Vota pro Patria, pro Imperio, pro Ciuibus.*

**N**ihil patriæ amore gratius. ut rectè Poeta, *Dulcis amor patriæ*. Huius enim beneficijs Cicer. auctore maximis obligati sumus, in quam tanta est vis & naturæ propensio, ut Ithacam illam in asperissimis scopulis tamquam nidulum affixam sapientiæ exemplum Vlysses immortalitati anteposueret, cuius hæc ad Circem verba apud Aristotelem Lib. 11. Oecon. Cap. penultimo: *nihil sibi dulcius videri posse, quam patriam incultam, & asperam*. Nec iniusta Virgij querela:

*Nos patria fines, & dulcia linquimus arua.*

Quare non immeritò pro ea conferuanda Vota quædam cæteroquin ab humanitate aliena facta leguntur, inter quæ primum sibi iure vindicat locum, omnis posteritatis memoria dignum M. Curtij Votum. De quo Liuius noster Lib. VIII. Eodem anno seu motu terræ, seu qua vi alia, forum medium ferme specu vasto collapsum in immensam altitudinem dicitur; neq; eam voraginem coniectu terræ, cum pro se quisq; gereret, expleri potuisse prius, quam Deum monitu quæri captum, quo plurimum populus Ro. posset. Id enim illi loco dicendum vates canebant, si Remp. Romanam perpetuam esse vellent. tum

M. Cur-

M. Curtium, iuuenem bello egregium, castigasse ferunt dubitantes, an ullum magis Romanum bonum, quàm arma, virtusq; esset. Silentio facto, templa Deorum immortalium, quæ foro imminent, Capitoliumq; intuentem, & manus nunc in Cælum, nunc in patentem terræ hiatus ad Deos manes porrigentem se DEVOVISSE: equo deinde quàm poterat maximè exornato infidentem armatum se in specum immisisse, donaq; ac fruges super eum à multitudine virorum ac mulierum congestas; lacumq; Curtium non ab antiquo illo T. Tattij milite Curtio Metio, sed ab hoc appellatum. Ita equitis sui, ut eleganter Minucius Felix vel mole, vel onere hiatum profundæ voraginis cognavit. Equitem verò pro Equo non sine exemplo dixit ille, quod latius probat Macrobius Lib. vi. Cap. x. & Gellius Lib. xviii. Cap. v.

Formulam huiuscemodi deuotionis tradidit Iosephus Scaliger in Coniectaneis ad Varronem de Lingua Latina:

IANE, IOVIS PATER, MARSPITER, QVIRINE,  
 IASES, DIVI NOVENSIDES, DII INDIGETES:  
 DIVI, QVORVM EST POTESTAS POPOLI ROMANI  
 QVIRITVM, MEIQVE, DIIQVE MANES, SVB VOS  
 FLACCO, VENERORQVE: VENIAM PETO,  
 OBSECROQVE, VTI POPOLO ROMANO QVIRITVM  
 VITAM SALVTVMQVE PROSPERETIS. VTI EGO  
 AXIM PRÆ ME FORMIDINEM METVMQVE OMNEM,  
 CELESTIVM INFERNVMQVE OMNIVM DIRAS,  
 SICVTI VERBIS NVNCVPASSO: ITA PRO REPOPUBLICA  
 POPOLI ROMANI QVIRITVM, VITAM SALVTVMQVE  
 MEAM DIIS MANIBVS, TELLVRIQVE DEVOVEO.

Aliam nobis innuit Nonius ex Æneade L. Attij, ubi Decium filium exemplo patris se pro patria deuouentem introduxerat. Verba sunt:

*Patrio exemplo me dicabo: animam deuorabo hostibus.*

**legendum** deuotabo. Aliam formulam dedit idem:

*Te sanctè venerans precibus inuicte inuoco,*

*Portenta ut populo patriæ verrunces benè.*

Romanæ constantiæ nihil cedit Græca, quam Plutarchus  
 in

in Parallelis memorat. Ad Celenas Phrygiae urbem hiatus terrae cum aquae illius ortu, auctorum domus una cum habitatoribus in profundum abrepta sunt. Midas autem Rex oraculo accepto, si preciosissimum iniceret, fore ut hiatus coiret, auro argentoque, iniectis nihil profecit. Anchurus autem Mida filius cogitans pretiosius anima humana esse nihil in vita, amplexu dato genitori & uxori suae Timotheae, eques in hiatus sese deiecit. Cum autem in se coiisset terra, auream Midas in eo loco posuit. Aram eamque manu, tangens Ioui Ideo consecrauit. Mitto cetera extremae pietatis in patriam argumenta, quae humanam propè fidem excedunt. Romanos die tertia, ab Anni initio pro uniuersa ciuium salute cum precibus vota fecisse, certum est. Quale ob ciues seruatos votum olim Conuenis:

I	O	V	I.	O.	M
---	---	---	----	----	---

O	B.	C.	S.
---	----	----	----

S.	S.
----	----

V.	S.	L.	M
----	----	----	---

Cui nil cedit alterum pro salute Coloniae, & ordinis Decurionum, populiq; Ioui Custodi & Conseruatori oblatum, quod in basi Statuae legitur Tuderti in pariete Templi D. Fortunati:

P	R	O.	S	A	L	V	T	E
C	O	L	O	N	I	A	E	.
E	T.	O	R	D	I	N	I	S
D	E	C	V	R	I	O	N	V
M.	E	T.	P	O	P	V	L	I
T	V	D	E	R	T	I	S.	I
O	V	I.	O	P	T.	M	A	X
C	V	S	T	O	D	I.	C	O
N	S	E	R	V	A	T	O	R
Q	V	O	D.	I	S.	S	C	E
L	E	R	O	S	I	S	S	I
M	I.	S	E	R	V	I		
P	V	B	L	I	C	I.	I	N
F	A	N	D	O.	L	A	T	R
O	C	I	N	I	O	.		
D	E	F	I	X	A.	M	O	N
V	M	E	N	T	I	S.	O	R
D	E	C	V	R	I	O	N	V
M.	N	O	M	I	N	A		
N	V	M	I	N	E.	S	V	O
E	R	V	I	T.	A	C.	V	I
N	D	I	C	A	V	I	T.	E
T.	M	E	T	V.	P	E	R	I
C	A	V	I	T.	E	T.	M	E
T	V.	P	E	R	I	C	V	L
O	R	V	M					

CO-

COLONIAM. QVOQVE. LIBERAVIT  
 L. CANCRIVS. CLEMENTIS. LIB  
 PRIMIGENIVS  
 SEX. VIR. II. AVGVSTALIS. ET. FLAVIALIS  
 PRIMVS. OMNIVM. HIS. HONORIBVS  
 AB. ORDINE. DONATVS  
 VOTVM. SOLVIT

Imò aliquando pro salute Imp. Status, Ciuitatis, Tauropo-  
 lium factum indicat Inscriptio ex Pierfonio à Grutero allata:  
 PRO. SALVTE. IMP. ANTONINI. GORDIANI  
 PII. FEL. AVG. TOTIVSQUE. DOMVS. DIVINÆ  
 PROQVE. STATV. CIVIT. LACTOR. TAV  
 ROPOLIVM. FECIT. &c.

Pro salute pariter Imperij Romani, & virtute Legionis Albæ  
 Julię.

L. O. M.  
 ET. CONSESSVI. DEO  
 RVM. DEARVMQVE  
 PRO. SALVTE. IMPERII  
 ROMANI. ET. VIRTUTE  
 LEG. XIII. G. SVB. M. STATIO  
 PRISCO. CONSVLE. DE  
 SIGNATO. DEMONSTR  
 IPSIS. A QVAS. APERIEN  
 DAS. PER. L. AVRELV  
 TROPHIMVM. PO  
 NENTI. SIGNVM. IO  
 VIS. ET. ARAM. P. S. F.

Hoc non prætereundum, Lacedæmones ad bellum profe-  
 cturos Musis sacrificasse, ut Musarum beneficio rei benè ge-  
 stæ memoria apud posteros conseruaretur.

CA.

## CAPVT XIX.

*Donaria dijs oblata ab Imperatoribus, ante  
bellum & post bellum.*

**R**eliquum est ut ad propria Imperatorum VOTA descendamus. Hi enim auctore Cicerone Lib. de Aruspicum responsis periculosis bellis Dijs vota fecerunt, ea ad Aras in ipsorum fano persoluentes. Hinc Ouid. Fast.

*Mens quoq; numen habet. menti delubra videmus*

*Vota metu belli, perfide Pene, tui.*

Bellum enim, ut vulgò dici solet, eorum est, ubi sani agonisant; nec alia ratione Mars *cruentus*, rixæ *sanguineæ*, bella *horrida*, & *matribus detestata* vocantur, nisi propter pericula, quæ singulis non dicam diebus, sed momentis milites incurrunt, quoties in prælijs congregiuntur. Quare ad cœlestium numinum opem recurrendum. Aristotele enim referente, *intrepidi sunt confidentes qui pij in Deum sunt; & alibi; qui se bene habent erga diuina audaciores sunt*. Hinc tot in castris Aras apud bonos scriptores legimus, tot ante bellum sacrificia & oblationes; imò Imperator Romanus commisso sibi bello, antequam urbe exiret, Martis sacrarium ingressus hastam numinis commouebat, dicens *Mars vigila*. Alios item Deos hostijs & votis deprecabantur, & præcipuè Fortunam, ut sibi esset propitia, à qua potissimum incertos Martis euentus dependere opinabantur. Hinc Demosthenes in bellum iturus suo clypeo inscripsit: *ἀγαθὴ τύχη*, *bona fortuna*; & Cæsaris symbolum erat: *Virtute duce, comite Fortuna*. De qua vetus Inscriptio:

I. O. M.

ET. FORTVNÆ. SECVNDÆ

CÆS. &c.

Hinc tot emanarunt elogia Fortunæ Adiutrici, Tutelæ, bonæ,  
do-

domesticæ, publicæ, salutari, conseruatrici, obsequenti, Regina, Respicienti, Sanctæ, Opiferæ, Iouis Pueri Primigeniæ, Aug. Omnipotentis. Tandemq; Reduci; Cui potissimum Vota facta inuenio, imò eidem Templum à Domitiano erectum fuit; Itemq; ei Aram Romæ consecratam ob Augusti reditum auctor est Dion Lib. 54. & Claudianus de 6. Hon. Consul.

*Aurea Fortunæ Reduci si templa priores*

*Ob reditum vouereducum, non dignus unquam*

*Hæc Dea, pro meritis, amplas sibi posceret ades.*

Spoletii vetus Inscriptio legitur:

... FORTVNÆ. REDVCI  
 ... RVFVS. COL. DISP. SVMMAR  
 ... OMNI. CVLTV. EXORNAT. DE. SVO. POSV  
 IT. IDEM QVE DECRET. ORDIN. TEMPLVM  
 A. SOLO. SVMPTV. SVO. MAXIMO. CONLATO  
 PERFICIENDVM. CVRAVIT. CVIVS. DEDICATI  
 ONE. SINGVLIS IN. COLLEGIO. H-S. XX. N. DED  
 DEDICATVM. XII. KAL. AVG. ORFITO. ET. MAXIMO COS  
 SI. QVI. CLIPEVM. PONERE. VOLET. DABIT. ARCÆ. H-S. II. N

Votum huic è multis addo ex Pighio sequens.

FORTVNÆ

REDVCI

C. TATIVS

SIMNI. LIB

MOSCHAS

EX VOTO

Fortunæ Reduci ferè Iouis præferebatur, vtriq; Statuam ex voto Romæ dicatam indicat sequens titulus in marmore:

I O V I . S E R E N O

E T

FORTVNÆ. REDVCI

IMP. L. SEPTIMI SEVERI

Q

PIL

PII. PERTINACIS. AVG. ARÆ

ADIAB. P. P.

STATVAM. HANC

VOTO. SVSCEPTO

L. FORTVNATVS. QVINT

SOD. HADRIANAI

D. S. I. S. L. M

Nec solùm pro reditu à bello vota fundebantur, sed etiam pro itu. Vnde Diuione in vetusto lapide colossi specie :

I. O. M. ET

FORTVNÆ. REDVCI

PRO. SALVTE. ITV. ET

REDITV. FL. TIB

VETERIS

N

CARANTILLVS. SERV

ACTOR. EX. VOTO

POSVIT

V. S. L. M

Ioui etiam Reduci, qui re benè gesta ex bello redierunt; arma dedicabant. Laodamia Protefilao apud Ouid, Epist. xliii. ita scribit:

*Dij precor à nobis omen remouete sinistrum,*

*Et sua det reduci vir meus arma Ioui.*

Et paulò post in eadem Epistola :

*Et diues referas arma fac ista Ioui.*

Est argenteum Numisma Augusti hisce literis. I. OPT. MAX  
SACRVM VOTA PVBLICA SVSCEPTA PRO SALVTE  
ET REDITV.

Mitto alia, ne eruditorum scrinia compilem. Sed audiamus Rutilium Claudium Itinerarij Lib. obtui reditus loetitiam :

*Festa dies, primosq; meos dignata penateis*

*Poste coronato VOTA secunda colat.*

*Et ornent virides communia gaudia rami.*

Re-

Reges præterea apud Græcos, vicinasq; nationes ample munere Deos honestasse, auctor est in Clio Herodotus scriptor vetustissimus. Verba eius Valla interprete hæc sunt: *Giges ab oraculo Rex Lydorum confirmatus anathemata, seu DONARIA ex auro & argento Delphos misit plurimum: præcipuè crateres sex ex auro, quorum pondus triginta talenta fuit. Donum verè regium, Dijs digni; puta, quod nostræ monetæ coronatos argenteos 18000. æquabat. Subiungit idem: Midas quoque Rex Phrygiæ thronum regium valdè spectabile propitio oraculo dedicauit. Idem refert; Quod Cræsus Apollini Ismenio Clypeum aureum dono miserit.*

Nauem etiam Herculi dicatam ab Alexandro testis est Arrianus Lib. 2. de Alexandri expeditione: *Post hæc Alexander Herculi sacrificium fecit, & pompam cum exercitu armato misit; naues etiam Herculi pompam peregerunt, & Tormentum, quo murum demolitus fuerat, in templo posuit. Nauem etiam Tyriam sacram Herculi, quam nauali incurfione ceperat, Herculi dicat cum inscriptione. Huic, quod proficiscentes expeditionibus sacris vouerant, reuerfi cum manipulis libentes votum soluerunt pro salute Imperatorum, ut Romæ hoc saxum demonstrat.*

HERCVLLI INVICTO  
 PRO. SALVTE. DD. NN. IMP. CÆS. M. AVR. ANTONINI P. F. AVG. ET  
 M. AVR. ALEXANDRI. NOBILISSIMI. CÆ. TOTIVSQVE. DOMVS  
 DIVINÆ. EORVM. COH. X. PR. † V. ANT. 7. MARCIANI  
 MASCVLINIVS. VALENS. B. F. PR DR FEMININA  
 ET. AVR. FABIANVS. SIGNIFER. ET  
 VAL. FIRMINVS. OPTIO. 7. QVOD  
 PROFICISCENTES. EXPEDITIONIBVS  
 SACRIS. VOVERANT. REGRESSI  
 CVM. MANIPVLIS. LIBENTES  
 VOTVM. SOLVERVNT

Idem pariter pro Reditu Imp. Septimij Seueri Romæ factum apud S. Io: Lateranensem indicat titulus, proq; alijs Imp. multæ Inscriptiones ab Eruditis congestæ, quashic breuitatis studio omittimus. Imperatores Dijs munera obtulisse certum

Q 2 est.

est. Id in Imperij principiis fuisse factum docet Tertullianus de Corona militis Cap. XII. *Ecce annua votorum nunciatio quid videtur? Prima in principis, secunda in Capitolis. Accipe post loca, & verba. HVNC TIBI IVPPITER BOVEM CORNIBVS AVRO DECORATIS VOVEMVS ESSE FVTVRVM.* Melius legit Lipsius *facturum*. Vbi Iacobus Pamelius Imperij principia intelligit. Quamuis *Domum*, siue *Tabernaculum*. Principis Lælius Bisciola Horatum subleic. T. L. Lib. III. Cap. XI. Quidni etiam Anni; cum annua vota ob diem Imperij, quo Princeps assumptus esset ex Dione Lib. 38. Eiusmodi cultus vetustatem indicat Iosephus Antiq. Iud. Lib. XIII. Cap. 16. *Rex misit victimas, tauros auratis cornibus, & pocula tam aurea quam argentea.* Ritus verò istum sugillasse videtur Plinius Natural. Hist. Lib. XXXIII. Cap. III. *eorum honori in sacris nihil aliud excogitatum est, quam ut auratis cornibus hostia maiores dumtaxat immolarentur.*

Spolia verò inimicis erepta Imperatores in templis dicasse inferius, ubi de Triumphantibus, docebimus, & longum nimis esset Donaria ab ijs post partam victoriam Dijs oblata recensere. Satis id ex Luvio Lib. X. *Ædem Quirina Patre vocam suus Consul deicavit, exornavitq; hostium spolijs; quorum tanta multitudo fuit, ut non templum tantum, forumq; his ornaretur; sed focijs etiam colonisq; finitimis ad templorum, locorumq; publicorum ornatum dividerentur.* Donarij à Traiano Ioui Cassio facti apud Suidam mentio est, qui refert Traianum dedicasse crateres argenteos & ingentia cornua inaurata. De quo Adriani Epigramma sic transtulit amicus noster Cl. V. Io: Argolus:

*Traianus simulacra Ioui locat ista, dicatq;*

*Rex hominum Regi munera cælituum*

*Pocula bina auro circumlita, quin bouis ur̄i*

*Cornuaq; auratus qua tegit usq; uitor.*

*At tu nimborum genitor concede Latino,*

*Sternat Achaemenius perfida colla iugo,*

*Vt tibi cernenti crescat geminata voluptas.*

*Inter*

Inter præda Gests, & spolia, Arsaidum.  
 Vestes, etiam è præda hostium reliquæ Capitolio oblatae, teste Lampridiorum in Alexandro. Purpuræ quoque Regiæ ibidem consecrabantur. Prolixius id prodidit in Aurelio Vopiscus: Meministis fuisse in templo Iouis Opt. Max. Capitolini pallium breue purpureum lanestris ad quod quum matrona atque ipse Aurelianus iungerent purpuras suas, comeris specie decolorari videbantur cætera diuini comparatione fulgoris. Veneri Genitrici Thoracem dicauit Iulius Cæsar. Cui pariter Augustus tamquam Veneri proprium Donarium Margaritam Cleopatram, victo Antonio, sacrauit. Macrobius Lib. II. Cap. XI II. Quo faciunt hæc Pausaniæ Lib. II. Dona quidem digna qua hyponia manent in eo templo (Iunonis) sunt: Primum Ara, in qua colata Hercules, & Hebes nuptiæ, argentea omnia. Deinde pavo ex auro & fulgidis lapidibus, quem dedicauit Adrianus Imperator. Ea enim Iunonis sacrauis habetur. Aurea deinde corona, & purpura palla. Neronis dona. Animantia etiam hostibus erepta Dijs sacrata fuisse colligo ex Vopisco in Aureliano: Fuit autem currus quattuor ceruis iunctus, qui fuisse dicitur Regis Gothorum: quo ut multi memoris tradiderunt, Capitolium inuectus est, ut illic caeret veruos quos cum eodem curru captos vovisse Ioui Optimo Maximo ferebatur. Plura Dijs ex bellis à Principibus oblata persecutus est Robertus Valturius Lib. XII. Cap. 13.

Consuetudinem hanc si altiùs repetamus, eam etiam antiquitus in populo Dei viguisse manifestat Propheta Numeror. Cap. 31. v. 49. Cumque accessissent principes exercitus ad Moysen, & tribuni, centurionesque dixerunt. Nos serui tui recensuimus numerum pugnantium, quos habuimus sub manu nostra, & ne unus quidem defuit. Ob hanc causam offerimus in DONARIIS Doni singuli quod in præda auri potuimus inuenire, per scelide, & armillas, annulos & dextralia, ac mureculas, ut deprecemur nostris Dominum. Dauid etiam de Bete & Beroth multum æris tulit, ex quo Salamon vasa Templi ænea fieri curauit. Reg. 2. c. 8. v. 8. Sed & omnia vasa aurea & argentea & ænea consecrauit Dauid Rex Domino cum argento & auro, quæ tulerat ex uniuersis gentibus tam de Idumæa, & Moab, & Syly, & Amon, quàm de Philistis

*steis & Amalech. Paralip. i. cap. 18. v. 11. Quin senex Filio impensas ædificando Templo relinquit Lib. adducti. cap. 22. v. 14. Cuius exemplum imitati Principes familiarum & Proceres cap. 29. versu 6. Intulit igitur Salomõ omnia quæ vouerat Dauid pater suus, aurum, argentum, & uniuersa vasa posuit in thesauris domus Dei. Paralip. 11. cap. v. vers. 1. Quæ verò sacris usibus semel consecrata fuerant, aliò traduci non potuisse, patet Numeror. cap. 16. v. 37. ubi præcepit Dominus thuribula incendio crepta in laminas produci & affigi Altari. Quod in superficie parietum factum fuisse opinatur Tostatus Quæst. xxv. in hunc locum.*

DVRES etiam defuncti arma Dijs, quos coluissent, suffigenda relinquebant. Parthenius ille moriturus apud Papi-  
nium Lib. ix. Thebaid. in fine:

*Hæc autem primis tela infelicia castris  
Pre, vel ingrata munus suspende Diane.*

Sed & SIGNA Imperatorum titulis clara Templis affigeban-  
tur. Suetonius in Vespasiano: *Assensere cuncti, nomenq; eius ve-  
xillis omnibus sine mora inscripserunt. Quod ad sua tempora duras-  
se, apertius notat Nazianzenus Orat. 3. in Iulianum: Vexilla  
Imperatorum Imaginibus atq; expansis texturis in varijs tincturis ac lito-  
rarum picturis decorantur. Et verè. Hæc enim maximo erant  
honore apud Romanos, & Deorum quasi sacra ædes puta-  
bantur. De Imperatorum Imaginibus egregiè Vegetius Lib.  
11. de Re militari Cap. vi. *Legio Imagines Imperatorum, hoc est diui-  
na & presentia signa veneratur. Minutius Felix: Vexilla Castrorum  
quid aliud quàm inaurata cruces sunt, & ornate. Vexillum apud Ro-  
manos in Ianiculo seruatum ostendit Dion. Lib. 37. Vexillis  
autem nostris temporibus nihil frequentius in templis occur-  
rit. Gladius certè Goliath Philistei pallio inuolutus erat post  
Ephod Regum 1. Cap. xx1. v. 9. Ephod autem Gedeon con-  
flavit ex inauribus Ismaelitarum aureis. Iudicum Cap. viii.  
v. 24. & 27.**

## CAPVT XX.

*Triumphantium, ac Militum Donaria.*

**A**rimorum gloria qua creuerat res Romana, cum virtute Ducum Militumq; maximè pertinacia staret, ut Dijs posterisq; constans esset rei prosperè gestæ memoria, TRIUMPHANTES è partis Victorijs Trophæa, Torques, Coronas, & Lauros, non minùs ac Arma, & Scuta, Ioui, Laribus, Fortunæ, Herculi, & Marti, in templis affigebant.

## De Lauro Staius:

————— *Laurumq; superbam*

*In gremio Iouis excissis deponere Panis.*

De Coronis Plinius: *Indenatum, ut etiam Triumphaturis conferrentur in Templis dicanda.* Et Liuius Lib. IV. *Dictator Coronam auream libræ pondo, ex publica pecunia, populi iussu in Capitolio Ioui donum posuit: Lib. xxxvi. & Lib. xxxiii. M. Claudius Metellus Torques aureum magni ponderis de præda Baiorum & Insubrum Ioui in Capitolio posuit. Saguntinos Coronam auream Ioui Capitolino Romam misisse, testis idem Lib. xxviii. Quid Latinorum Legati prius fecerant: moxq; Attalus, Philippus, alijsq; Reges. Imò Centenæ Coronæ Fortunæ Primigeniæ dedicatæ, ut ex Inscriptione Prænestæ in palatio Episcopi:*

————— VOTORVM. MORE. SVORVM  
CENTENAS. ADICIT. NUMERO. CRESCENTE. CORONAS  
FORTVNÆ. SIMVLACRA. COLENS. ET APOLLINIS. ARAS  
&c.

Cum Torque & Velum oblatum, indicat saxum Neapoli in domo Comitum Matalomei litera coacta & afflicta, barbara.

EX. IVSSV. I. O. M. HELIO  
POLITIANI. AVR. F. FODO  
RO. SACERDOTI. FILIO CVRATOR

TEM.

TEMPVLI. CEREMEI IEASIVMD  
ADAMPLIANTE DONIS. TOR  
QVEM ET VELVM SAC.  
ET LVCOPHORIDE SVO POSVERVNT  
CVRANTE ACILIO. SECVNDQ. TROD  
IVLIVS . . . . .

De ceteris optimè Livijs Lib. xxxix. Triumphavit (M. Fulvius) ad x. Kal. Ianuarijs de Aetolis, & de Cephallenia. Aurea coronæ centum XII pondo ante currum latae sunt, argenti pondo millia LXXXIII. auri pondo CCXLIII. tetradrachma Attica CXXVIII millia, Philippæi numi XII millia CCCCXXII. signa aenea CCLXXXV. signa marmorea CCXXX. arma, tela, cetera spolia hostium magnus numerus. ad hæc catapultæ, ballistæ, tormenta omnis generis: duces aut Aetoli & Cephallenes, aut regij, ab Antiocho ibi relicti ad septem & XX.

Spolia porrò hostibus erepta, quæ Silius Italicus Lib. III. eleganter Captiva dona dixit,

Extra Clauigeri veneratus numinis aras

Captivis onerat donis.

Veteres in Templis collocasse confirmat verus Inscriptio Roma:

P. DECIVS. DECI. F. AVGVS. PRIMVM. COS. DE. SAMNITIBVS. TRIVMPHANS. SPOLIA. EX. IEIS. CERERI. CONSECRAVIT. ITERVM. ET. TERTIVM. CONSVL. . . . .

Eumq; suorum temporu fuisse morem testatur Livijs Lib. x. Decade I. Cleominus, vix quarta parte nauium incolumi nulla regione maris Adriatici prosperè adita discessit. Rostranauium, spoliaq; Laconum in æde Iunonis veteri fixa, multi supersunt qui viderunt. Patavij monumentum navalis pugnae eo die, quo pugnatum est quotannis solemniter certamine

*mine nauium in flumine oppidi medio exercetur.* Cornelius Tacitus  
 Annal. II. *Laudatis pro concione auctoribus, Caesar congeriem armorum  
 struxit, superbo cum titulo. DE BELLATIS INTER RHENVM  
 ALPEMQUE NATIONIBVS EXERCITVM TIBERII  
 CÆSARIS EA MONIMENTA MARTI ET IOVI  
 ET AVGVSTO SACRAVISSE.* Hæc autem ipsa magno  
 inuicti animi exemplo etiam prostrati quidam Romanorum  
 Ioui statuerunt. Posthumium Albinum bello Samnitico Ro-  
 mani exercitus ducem graui vulnere accepto intempesta no-  
 Æe iam iam moriturum, hostibus occisis scuta ademisse, memo-  
 rat Plutarchus in Paral. additq; tropheum statuisse, manuq;  
 sanguine tincta inscripsisse: IOVI TROPHÆORVM  
 VINDICI DE SANITIBVS ROMANIOSVERVNT.  
 Quod suo sanguine fecisse Othryadem refert idem.

Quod longè ante Romani Imperij fastigium fuisse receptif-  
 simum, patet ex Gen. c. XII, ubi Sanctiss. gentium Pater  
 Abraamus eorum quæ recuperauerat Decimas obtulit. Et  
 Machabæorum Lib. I. Cap. VI. *Antiochus audiuit Ciuitatem Eli-  
 munden in Perside nobilissimam & copiosam in argento & auro: templumq;  
 in ea locuples valde, & illic velamina aurea, & Loricæ, & Scuta, quæ reli-  
 quit Alexander Philippi Rex Macedo qui regnauit primus in Grecia.* Io-  
 sephus Hist. XIV. C. 15. scribit circa omnem sacrarij orbem  
 spolia barbarorum fixa, quæ Rex Herodes deuouit, addens  
 etiam, quæ & ipse ab Ara bis cepit.

Et si verò Diuinus Plato de Legibus decreuisset æs atq;  
 ferrum duelli instrumenta, non Fani: Marti tamen dicaban-  
 tur Arma, cuius munera, ut eleganter Opp. de Pisc. Lib. II.

*Gladij, æneaq; circa membra tunica,*

*Et Galeæ, & hasta, & quibus (præterea) gaudet Bellona.*

Viri etiam fortes sua arma Oraculis offerebant. Elicon An-  
 tenoris filius Delphis Pugionem æneum dedicauit referente  
 Athenæo Lib. VI.

Sed & Arma aliquando Vulcano, Marti, & Palladi, præsen-  
 te Duce, incendebantur ex Liuiio Decad. 3. Lib. 3. Vbi Mar-

R cel-

cellum hostiam Vulcano votam cremavit. Martis verò Galeam in sacrario Capitolino a seruari solitam scribit Dio. Lib. 41. Quinimo Victores spoliatis hostium cadaueribus, ac in acervum scutis alijsq; armis collectis & postea incensis Vulcano sacrificium offerre solebant.

Manifestum satis est, in potestate eorum fuisse, quorum auspicijs bellum gerebatur, signa in templis consecrata populis devictis auferre, Titulo de iure Fisci. Iure enim belli non fecus ac homines, ita Temples, Sepulcraq; in seruitutem redigebantur; de quo legendus est liber Balthasaris Agale Iuridici Belgicorum exercitus quaestoris, & alij. Loca enim capta non amplius religiosa & sacra esse putabantur. Legimus tamen sæpissimè Victores religionis reuerentia sacris pepercisse; quamvis Neronem magno impietatis & avaritiæ exemplo Donis exuisse templa, auctor est Tacitus: etiamsi locus sacer adeò haberetur securus, ut in Templo pecuniæ, pactiones, fœdera, testamenta, ad securitatem deponerentur. Qualiter Alexandrum in Cilicia apud Solem in delubro pecuniam locasse accepimus. Cæsar etiam Lib. 111. de Bello Gallico: *Ephesi à Fano Dianæ depositas antiquitus pecunias testatur. Idem populum electum fecisse passim legimus in sacris lite is. Sed audiendus est etiam Cicero Lib. v. Epist. Famil. Illud me non aduertisse moleste ferrem, ut ascriberem te in Fano pecuniam, meo iussu deposuisse.* Hinc Plautus in Bacchidib.

*Nos ibi apud Theot. nam omne aurum deposuimus*

*Qui illic sacerdos est in Dianæ Ephesiæ.*

Notius est quàm ut probem in æde Saturni Romanorum fuisse ærarium, imo Saturno æraria dicata. Ad quam consuetudinem præcepit noster I. Paulus Patauinus I. C. *ut ante litem contestatam trases iubeat in æde sacra pecuniam deponi.*

Nec inferior Dionysij Tyranni impietas atq; Deorum irrisio, quam de Natura Deorum Lib. 111. recenset Tullius: *Dionysius cum in Fanum venisset Iouis Olympi, aureum ei detraxit amiculum grandi pondere, quo Iouem ornat ex manubijs Carthaginensium tyrannus*

ius Gelo : atq; in eo etiam canillatus est, estate graue esse aureum amiculum, hieme frigidum : e. q; lanam palliam iniecit, cum id esse aptum ad omne anni tempus, diceret. Idemq; Esculapij Epidauri barbam auream demit iussit, neq; enim conuenire, barbatum esse filium, cum in omnibus fanis pater imberbis esset. Im mensas argenteas de omnibus delubris iussit auferri; in quibus quod more veteris Gracie inscriptum esset bonorum Deorum, uti se eorum bonitate velle dicebat. Idem victoriolas aureas & pateras, coronasq; quae simulacrorum porrectis manibus sustinebantur, sine dubitatione tollebat, eaq; se accipere, non auferre dicebat: esse enim stultitiam, à quibus bona precamur, ab ijs porrigentibus, & dantibus nolle sumere. Eundem ferunt hac, qua dixi, sublata de fanis in forum protulisse & per praconem vendidisse; exactaq; pecunia, edixisse, ut quod quisq; à sacris haberet, id ante diem certam in suum quisq; fanum referret: ita ad impietatem in Deos, in homines adiunxit iniuriam.

Nec tantum haec post partam victoriam fiebant, quin Romani & alij bella gesturi de parte praedae cum Numinibus paciscebantur. Ita Lucius Papyrius apud Liuium Decade 1. Lib. x. si hostem fudisset mulsi pocillum vouit; quamuis Plinius Lib. 14. Cap. 13. pocillum vini scribat. Hinc Templum fuit Iouis Praedatoris, non quod praedae is praesset, sed quia ex praeda aliquid ei debebatur. Virg. III. Aeneid. v. 225.

*Irruimus ferro & Diuos, ipsumq; vocamus*

*In praedam partemq; Iouem.*

Ita Liuius referente Lib. 4. Fabius Vibulano Spolia in aede Iouis Ferreij propè Romuli spolia, quae optima appellata sola ea tempestate erant, cum solemnibus dedicatione dono fixit.

Victis Poenis Clypeum Asdrubalis inuenit Q. Martius argenteum pondi cxxxviii. qui supra fores Capitolinae aedis usq; ad incendium primum fuit teste Plinio: quamuis Liuius Lib. xxv. In templo fuisse malit. Antiquitatem huius ritus ostendit Regum sapientissimus Canticorum Cap. iv. Sicut Turris David colluatum, quae aedificata est cum propugnaculis: mille Clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium. Hinc fortè apud Suidam, suspendere Clypeum, est pacem agere.

Pœnorum vetus inuentum erat Cl. Virorum effigies in templo, curiaq; dedicati: Auctor Plinius Lib. xxxv. Cap. iiii. Qui porro in hanc rem: *Suorum Clypeos in sacro vel publico priuatim dicare prius instituit Ap. Claudius, qui Consul cum Sextilio fuit Anno Urbis CCLIX.* Hinc Interpres Virgilianus in II. Æneidos: In Capitolio fuit Clypeus consecratus cui inscriptum erat: GENIO VRBIS ROMÆ, SIVE MAS SIVE FOEMINA.

Clypei quippe rotundi species Imagines Illustrium Virorum ex auro: ex argento in templis suspendebantur. Suetonius in Caligula Cap. xviii. *Quas ob res inter reliquos honores decretus ei est Clypeus aureus.* Quod idem innuit Numisma argenteum & aureum Octauij Cæsaris Imperatoris, cuius altera in parte Clypeus hisce literis visitur. S. P. Q. R. Cl. V. Videlicet, SENATVS POPVLVS QVE ROMANVS CLYPEVS VOTIVVS. Qualiter apud Senecam Epist. i i 6. *Aurum, argentum suspensum, intelligendum arbitror.* Et Tacitus Lib. ii. Annalium. *Cum censeretur Clypeus, auro & magnitudine insignis, inter auctores eloquentia; adseruit Tiberius, solitum paremque; ceteris dicaturum.* Hic honos Germanico à Tiberio petitus. Huiusmodi longa auorum & proauorum serie spectabantur Anatemata. Sil. Ital. Lib. i.

— — stant marmore muta

Effigies, Belusq; parens, omnisq; nepotum

A Belo series, stat gloria gentis Agenor.

Disertiùs Poeta vii. Æneid. v. 182.

Quinetiam veterum effigies ex ordine auorum

Antiqua ex cedro, Italusq; paterq; Sabinus,

Vitisator, curuam seruans sub imagine falcem,

Saturnusq; senex, Ianiq; bifrontis imago.

Eiusmodi Illustrium Maiorum cultus ac imagines fuisse Lares in atrijs collocatas, & ad aras Lararij constitutas, ex imagine ærea conijcit Marcus Zuerius Boxhornius Quæst. Rom. vi.

Nec sanè infimi honoris loco censebatur Clypeum alicui

eri-

erigere: unde à Saxo, Clypeus decretus à Decurionibus cum  
statua habetur:

M. BAEBIO. M. F. Q. N. ARN. SVETRIO  
MARCELLO. EQVO. PVBLICO

&c.

HVIC. DECVRIONES. FVNVS. PVBLICVM. STATVAM  
EQVESTREM. CLIPEVM. ARGENTEVN. LOC. SEPVLT.

Clypeos autem Votiuos quamplures fuisse apud V. C. Vili-  
sericum indicat Iustus Requinus in suis Com. de Capitolio  
Roman. Cap. xv; Clypei; dedicatio comprobatur ex Inscr-  
ptione Neinausensi:

CAIVS. DEDICAVIT  
TIONE. MET  
CLYPEI. SIMPI  
DEDIT

Cui solemnitati Epulum additum docet vetus titulus Nepetes

NESTORI  
AVG. NEPETE  
HIC. LV DOS. FECIT  
ET. DEDICATIONE  
STATVAE. PATRONI  
QVAM. IPSE. POSVIT  
ET. CLVPEI. SVI. ITERVM.  
MVNICIPIBVS. NEPESINIS  
EPVLVM. DEDIT

Imò Hebræos Clypeum aureum perpetuæ Fidei argumen-  
tum Romanis vouisse narrat Iosephus Antiq. Iud. Lib. xiv.  
Cap. xvii.

Nec solùm in Clypeis Imagines Triumphantium, Imp. Vi-  
rorum Cl. depictæ erant; Sed & PARENTES præter proprias  
Liberorum etiam & Nepotum, qui in delicijs erant effigies in  
Templis locabant. Ita apud Suetonium in Caligula; infantis  
iam puerascentis insigni festiuitate effigiem habitu Cupidinis in æde

Ca.

Capitoline Veneris Livia dedicavit. Quod Antiquioribus Græcis etiam receptum fuisse ostendit incerti cuiusdam Epigramma Libri sapientis indicati Cap. IX.

*Phryne volantem & arcesactum bene amorem  
Mercedem pro Liberis posuit Theſpiadibus.*

Cupidinis nempe statua Liberos & Amoris precium ac monumentum erat. Adeoque, ut eleganter Minucius Felix, sacra facta sunt, qua fuerant absumpta solatia.

Ab hoc loco minimè alienum est, quod notat Macrobius Lib. I. Cap. XI.

SIGILLA, idest Fictilia hominum simulacra, Aræ Saturni in sacello Ditis suspensa qualia nos supra indicauimus. Auctorem ipsum hic omnino audire operæ precium est, quod huius religionis originem optimè explicet: *Ep cadus refert, Herculem occiso Gerione, cum victor per Italiam armenta duxisset, ponte, qui nunc sublicius dicitur, ad tempus instructo, hominum simulacra pro numero sociorum, quos casu peregrinationis amiserat, in fluium demisisse; ut aqua secunda in mare delecta, pro corporibus defunctorum veluti patrijs sedibus redderentur; & inde usum talia simulacra fingendi inter sacra mansisse. Sed mihi huius rei illa origo verior existimatur, quam paulò antememini reuulisse. Pelasgos postquam felicior interpretatio capita non uiuentium, sed fictilia; & φῶρος estimationem non solum hominem, sed etiam lumen significare docuisset; cepisse Saturno cereos potius accendere, & in sacellum Ditis aræ Saturni cohærens oscilla quadam pro suis capitibus ferre. Ex illo traditionum, ut cerei Saturnalibus missitarentur, & sigilla arte fictili fingerentur, ac venalia pararentur; quæ homines pro se atq; suis piaculum pro Dite Saturno facerent.*

In Saturnalibus quippe Ciues mutuo sibi dabant Sigilla, idest, simulacra ærea, argentea, aurea, fictilia; Rustici verò Oscilla, idest ossa, quibus oculi erant insculpti, ut hodie in tescerulis. Quid verò fuerint Oscilla tradit Iunius Philargyrius in Notis ad Georg. Lib. II. Virgilij, ubi refert ea dicta fuisse, siue quoniam capita & o. a. h. s. i. r. u. m. in i. m. u. a. i. s. p. e. r. i. c. i. s. h. e. b. a. n. t. u. r. siue quia hunc lusum Oscæ frequenter exercuissent, & per Italiam sparsissent. Ea-  
que

que sic dicta putat Isidorus de Orig. Lib. v. c. 27. Quod si-  
leantur, id est moueantur hora. Sigilla verò teste V. C. Sal-  
masio ad Trebellium Pollionem sunt *Zoidea*, hoc est, figura vel  
hominum, vel bestiarum auro, vel purpura expressæ. Sunt qui & Ligna  
fuisse putant. Pamelius in Tertul. de Orat. fictilia affirmat.  
Nec malè, si eorum usum consideremus, Turnebus Aduers.  
Lib. xx. c. 23. veluti suspendicula interpretatur. Oscillum  
enim dictum, quod os *cillere* fit mouere, notante ad Festum  
Iosepho Scaligero, unde Virgilius:

*Oscilla ex alta suspendunt mollia quercu.*

Vel quemadmodum ex Cornificio adducit Festus, quod os  
cælare sint soliti personis propter verecundiam, qui Oscillis  
interuenere. Oscilla verò, ait apud Festum Paulus,  *festa erant  
in honorem Bacchi, in quibus homines se per fines iactant.* Quod hodie  
apud plerasq; nationes à pueris receptum idem est quod Ita-  
lis *biscolare*. Eius exercitij rationem docuit Mercurialis Gymn.  
Lib. III. c. 8. & ulterius in suis ad Festum notis ex Hygino  
tradit Antonius Augustinus. Oscilla nempe ab Atheniensibus  
sic facta, ut tabula interposita pendentes funibus se iacta-  
rent. Nulla tamen Oscillationis mentio apud Festum, ut scri-  
bit Lud. Viues in D. Aug. de Ciuit. Dei Lib. 18. c. 19. Istit  
simile quippiam memorat Festus. *Effigies viriles ex lana compita-  
libus suspendeantur in compitis. quod hunc diem Festum esse Deorum infe-  
rorum, quos vocant Lares, putarent: quibus tot pile, quot capita seruorum,  
tot effigies, quot essent liberi, ponebantur. ut Diuis parcerent, & essent his  
pilis & simulacris contenti.*

MILITES tandem, qui iam relicto armorum strepitu se  
quieti dederant Arma Dijs vouebant. Ouidius Lib. 4. Trist.  
Eleg. VII.

*Miles ut emeritis non est satis utilis armis.*

*Ponit ad antiquos quæ tulit arma Lares.*

Lucanus Lib. I. v. 239.

*Rupta quies populi stratisq; excita iuuentus*

*Diripiunt sacris affixa Venatibus arma.*

Quæ

*Que pax longa dabit: dum iam cruce fluentes*

*In adyru Clypeos, curruq; cuspide pila*

*Et scabro nigre mortis rubigine casus*

Qua ratione intelligendum illud Senecæ Lib. de Consolatione ad Albinam Cap. 8. Lanceam in Capitolini Iouis gremio reposuerat. Quò alludit Horatius Lib. 1. Epist. 1. v. 4. & 5.

*Non eadem est aetas, non mens. Verantus armis*

*Herculis ad postum fixis, satae abditu lauro.*

Neq; his longius immorari consilium est, si quidem Armorum in Templis suspensio etiam in nostram ætatem transijt. Memoria dignum omnino arbitror, quod impensæ ac laboris compendio Armorum simulacra Dijs appenderit antiquitas. Huius generis est thorax æneus veteris formæ, satq; elegans digiti longitudinem vix superans in Museo V. C. Io: Galvani, cuius iudicio peritiores merito in hoc genere plurimum tribuunt. Non tamen Arma Dijs semper suspensa fuisse, Votum Apollini solum satis ostendit, quod Patauij Scardeonis memoria extabat:

DEO. SANCTO. APOLLINI

PACIFERO EX VOTO

CORTIS. PRÆTORIÆ. CENTVRIO

D ASIELIVS

LIBENS. VOTVM. REDDIDIT

## CAPVT XXI.

### ERVDITORVM VOTA.

**S**ed à Marte ad Musas, quibus hæc nostra potissimum dicauimus. Earum cultores **P O E T Æ**, penes quos altioris sapientiæ mysteria erant **LYRAM** Apollini sacrabant. Sic Sappho in Heroidibus apud Ouidium; eiusq; imitatione Horatius Lib. III. Od. xxvi.

*Vixi puellis nuper idoneus*

*Et militavi non sine gloria.**Nunc arma defunctum bello**Barbiton hic paries habebit.*

A quo parum dissimile est marmor Romæ apud Illustriss. Ca-  
sios cum simulacro Apollinis Lyram tenentis & Plectrum hi-  
sce literis:

E X P R Æ

C E P T O

I . O . M . D

P E R

A C A C I

V M

E T

O L Y M P I

V M

P A T R E M

*In basi ipsius statua leguntur*

ANTONI. MARIANI. PATER. ET. FILIVS

SIMVLACRVM. APOLLINIS

STATVERVNT

Brutum, tradit in Annalibus Manasses, cum filij Tarquinij  
Delphis Apollinem sibi muneribus conciliasset, virgam in ba-  
culo ligneo perforato auream tibie in modum abditam Phœ-  
bo veluti donarium obtulisse. Conueniens numini munus  
placuisse docuit responsum futuro imperio favorabile.

Versiculus pariter Vates pro Votis sacrabant. Prudentius  
Enchirid. Histor. Vet. & Noui Instrum.

*Nos citos Iambicos**Sacramus, & rotatiles Trochaos**Sanctitatis indigi,**Nec ad leuamen pauperum potentes:**Approbat tamen Deus**Pedestre carmen, & benignus audit.*

S

Cit.

Circumfertur Votum Virgilij nomine pro suscepta *Ancide*  
ad Venerem:

*Si mihi susceptum fuerit decurrere munus,*  
*Quamvis Paphon, & sedes, qua colis Idalium,*  
*Troius Aeneas Romana per oppida digno*  
*Iam tandem ut tecum carmine veltus eat:*  
*Non ego thure modo, aut picta tua templa tabella*  
*Ornabo, & puris ferta feram manibus:*  
*Corniger hos aries humilis, & maxima taurus*  
*Victimasacratos tinger honore focos.*  
*Marmoreusq; tibi, aut dignè coloribus alas*  
*In morem picta stabit Amor pharetra.*  
*Adsis à Cytherea, tuus se Caesar Olympo,*  
*Et Surrentini lictoris ora vocat.*

MINERVA Bito Plectrum posuit Cap. VII. Epigramma.  
Quæ & ipsa in omnibus Bibliothecis dedicabatur. Vnde Ca-  
cullus Carm. I.

— *habe tibi quicquid hoc libelli est,*  
2VI *Qualecumque, quod è patrona virgo,*  
*Plus unò maneat perenne seculo.*

Vbi Scaliger substituit, pro eo quod in vulgatis legitur *Patrona*,  
*Patrima*: quamquam & receptæ lectionis locus erit, ut rectè  
aduertit doctissimus Paganinus Gaudentius *Additamenti*  
*Critici* Cap. VII. cum Minerua ingeniorum tutelaris habea-  
tur. Magarenses huic etiam Deæ aureum Plectrum dedica-  
se scribit Plutarchus de *Pithiæ Oraculis*. Mineruæ vero Del-  
phicam Tabulam antiqui aris dono Principum dicatam in  
Bibliotheca affirmat multiscius rerum antiquarum Scriptor  
Plinius Lib. Natural. Hist. VII. c. 58. & Cicero ad Atticum  
Lib. I. Epist. 3. *Quod à me de Hermathena fertis, per mihi gratum est*  
*& ornamentum Academia proprium meæ, quod è Hermes commune om-*  
*nium & Minerua, singulare est eius Gymnasy.* Hermathena autem  
statua erat compacta ex Mercurio & Minerua. De qua Clau-  
dius Clemens plura in suo Museo Lib. I. Sect. 4. c. 11. Miner-  
ua

us enim & Mercurius ingenij præfides: unde apud Græcorum in Propyleo Templi Hazakiensis:

MERCVRIO. ET  
MINERVÆ DIS

TYTELARR. S. M

Mercurium quidem apud Veteres maximè cultum, eiq; Aram & Templum ex Voto positum indicant hæc saxa: quorum unum apud Ingolstadtum in ripa Fluminis Schutari.

MERCVRIO

TEMPLVM

EX VOTO SVS

CEPTO. CL. AV

GUSTANVS

L. L. M

Alterum Malacæ Hispaniæ, in basi:

L. SERVII. SPERATVS.

DOMINO. INVICT. DON

LIBENS. ANIMO. POSVIT

ARA. MERCVRII

Sed & Mineruæ seu Palladis Auentinæ Templum in Auentino monte vetustissimum Livijs Andronicus Poeta Donarijs honoravit, quæ ipsi Poetæ & Historici ob fabulas ab eodicas grati detulerant. Templi Mineruæ *MEDICÆ* quod fuit in regione v. meminit P. Victor. Templum quoq; Mineruæ *FLAVIANÆ* in vi. regione erat. Mineruæ etiam construxit Pompeius Magnus Templum, de quo Plinius Lib. vii. c. 26. ubi Breuiarium rerum in Oriente gestarum à Pompeio Magno erat. Item ædícula in ii. regione, *MINERVÆ CAPITÆ*; aliq; templa & ædes plures Romæ fuerunt; ut Mineruæ *CHALCIDICÆ*, in nona regione ab Augusto dedica-

S 2 rum;

tem; Mineruæ CATULLIANÆ. Minerva enim habita fuit rerum inuentrix & artium, cui merito Opifices supplicant. Huic aures argenteas sacratas fuisse, patet ex antiquo saxo Placentiæ.

## MINERVÆ. AVG

L. CALLIDIUS. PRIMVS

BRIXELLANVS. EX. ARG

LIB. II. ITEM. L. CALLIDIUS

PRIMVS. AVRES. ARGENTEAS

V. S. L. M

Etsi verò auctore Seruio ad Eccl. vi. Aures Memoriam consecratae essent, ut Frons Genio, Digni Mineruæ, Genua Misericordiam; quum *Memoria vxor Io. is, Musarum mater, ex Arnobio Lib. 111. culta Carthagine, ut tradit Idatius Episcopus in Chronico, cui teste Plinio Lib. xi. Cap. 45: in aure ima locus est: attamen Mineruæ meo iudicio merito Aures fuerunt Votæ tamquam Deæ Sapientiam, cum doctrina & sapientia percip. auribus solis potest, ut Lactantius Firmianus Lib. 111. de Falsa Sapientia Cap. ix. oculis solis non possit.*

Carmina etiam Ioui Capitolino dicata memorat Suetonius in Nerone Cap. 11. *Pars carminum aureis literis Ioui Capitolino dicata.* Hæc enim ut verè Oppianus de Piscat. Lib. 11. v. 26. *Dona Musarum & Apollinis.*

Sed & Pegasus ab Aurora Ioui dicatum Græcorum auctoritate accepimus. Verum Apollini præcipuè Viri eruditi sua vota fundebant. quod de Medicis comprobatur vetus Inscriptio Auenticæ in Heluetijs:

APOLLINI SACRVM

Q. POSTHVM. HIGINVS. ET

POSTHVM. HERMES. LIB

MEDICIS. ET. PROFESSORIB

D. S. D

Is enim Macrobio referente Saturn. 1. Cap. 17. Citharædorum Deus, Medicinæ inventor, Iaculator, & Vatum ac Vatici-

ricinij numen religiosè à Romanis cultus ( à quibus cognomi-  
na multa, itemq; *Ædes & Aras* obtinuit ) *Cœlis*pex dicebatur,  
*Medicus, Palatinus, Actiasus, Naualis & Parætonius, Sanda-*  
*liarius, Sossianus, Tuscanicus, Delius, Diadematum.* Cete-  
ris missis, *Palatinus* præsertim vocabatur à templo celeberrimo,  
quod ei deuietis *Antonio & Cleopatra* *Augustus* extru-  
xit, in quo aureas, argenteasq; statuas ac donaria præciosa  
posuit. Descripsit hoc templum elegantissimè *Propertius,*  
cuius aliquot versus adijciam:

*T. in medium claris surgebat marmore templum.*

*Et patria Phæbo charius Ortygia.*

*Auro solis erat supra fastigia currus*

*Et Valæ Lybici nobile dentis opus.*

*Altera deiectos Parnassi vertice Gallos.*

*Altera mærebat funera Tantalidos.*

*Deinde inter matrem Deus ipse, interq; sororem*

*Pythius in longa carmina veste sonat.*

*Pythium* enim præcipuè colebant, qui *Musarum* sacris ini-  
ciabantur; sicut *ioruénior* qui scientiam iam cum loquendi facul-  
tate comparauerant. *Apollo* quippè scientiæ *Deus* nouem  
*Musis* præest. Hæ verò non solum *Apollini* erant sociæ &  
contubernales, sed & *Herculi*. Vnde *Romæ* ad viam *Appiam*  
in saxo stat *Hercules* nudus, clauæ innixus; pellis ei *leonina*  
pendet ab humero sinistro, læua manus ostentat ramum *popu-*  
*lum*: hinc visitur *sympulum* & ara accensa, inde *lyra* & *po-*  
*pulus* arbor, cuius ramis inferioribus dependent coronæ duæ,  
una *laurea*, altera *populea*: subscribitur.

HERCVLI MUSARVM. PYTHVS

Altera Inscriptione *Romæ* comprobatur insuper *Musarum*  
cum *Hercule* unio.

HERCVLI  
PACIFERO

ET

Pythagoras ( verba Ciceronis sunt de Natura Deorum Lib. III. ) *cum in Geometria quiddam noui inuenisset, Mulis bouem immolasse dicitur.* De quo latina Xylandri Musa Commentario, *Ne suauiter quidem vini posse secundum Epicuri decreta, ex Apollodoto affert Plutarchus*

*Pythagoras celebri diagrammate quando reperto,*

*Multito fecit splendida sacra boue.*

Quodnam verò id fuerit, addit idem: *sive id pertinet ad hoc quod in rectangulo triquetro longissimi lateris quadratum reliquorum laterum quae angulum rectum conficiunt quadratis in unum conflatu equale esse demonstrauit, sive ad questionem de area parabola.* At verò huic sapientiae incrementum impendio testari placuit. Ita non paucis quadam discendi intemperantia vitam ipsam oppignerare mihi durum fuit. Quae enim Eudoxi uesania, quem memorat ibidem Plutarchus, *Phaetontis modo comburi uouisse, ea lege ut sibi ante liceret ad Solem ad tanti figuram, & magnitudinem, formamque Astri perdiscere.* Saniori consilio Iulius Frontinus de Limitibus agrorum Cap. xxxv. *Expugnandorum montium altitudines ut scirem, hanc mihi venerabiles Dij rationem monstrabant, quos ego in omnibus templis adorabam. At postquam magnorum Deorum experimenta religiosius colere cepi, ad consummandum hunc librum velut ad Vota reddenda properavi.*

Atque ut ad nostrae aetatis mores descendamus, veterum exemplo SCRIPTORES non modo libros, sed quibus eos seculo transmiserunt instrumenta, pietatem testari voluerunt: Dux Halienensis appensus hodieque conspicitur CALAMVS scriptorius ex argento conflatus, quem aeternitati uouit magnus

gnus ille LIPSIVS, cuius facundæ & fœcundæ scriptioni solidam antiquitatis notitiam debemus. Omnium optimè qui Deo omnis sapientiæ fonti & largitori benignissimo in lucem missa ingenij monumenta nuncuparunt. Ut enim licet Porphyrius de abstinentia Lib. II. *è frugum manipulis & plantarum asparagis primitias soluit agricola, ita nos è cogitationibus ceterisq; animi bonis primitias solvimus: nobis enim è suis gratificantes bonis dederunt contemplationem, qua ipsos intuemur & verè reficimur, & quadeniq; nobiscum conuersantur conspiciunt & nostram illi strantes salutem:*

Inter quos nulla dies tacebit optimum & religiosissimum Virum Aloysium Nouarinum ex Congregatione Theatinorum Theologum qui indefesso labore plurima hæctenus incognita eruit, variaq; eruditione sacras literas ingeniosè illustravit. Atque ut è multis paucos memorem, Indicem scriptorum Vniuersalem eruditissimum Fabianus Iustinianus Deo Optimo Max. dicauit: D. Mariæ Virgini Dei Genitrici celeberrimus inter Hispanos Medicus Ludouicus Mercatus sua Consilia Librosq; de *Puerorum cura* consecrauit; quem imitatus Petrus Castellus Medicus Romanus Cl. Emetriam suam Sanctiss. Indiuiduæ Trinitati inscripsit. Christo Summo & Aeterno Sacerdoti Cosmus Philiarius, Benedictus Fernandus Societatis Iesu Commentarium in Genesim pereruditum D. Virgini nuncupauit, cui pariter Nicolaus Ricciardus eruditissimus Theologus suas Lucubrationes. Ne præteream alios scriptores, qui Diuis Tutelaribus suos labores sacrarunt: Georgius Raguseus Disputationes suas Naturales Deiparæ Lauretanæ inscripsit, Librum laminis argenteis coopertum in eiusdem Sacratio appendit. Eidem dum hæc scribo Io: Franciscus Birago Professor Mediolanensis suum de *Hominis felicitate* Commentarium. Cui multò ante Albertus Brunus I. C. sua opera dicauit, ut refert in eius Vita Pancirolus I. C. Eminentissimus. Iosephus Ballus Cl. Theologiæ Doctor Subtilem de Fœcunditate Dei Commentationem D. Nicolao Patriæ Tutelari obligauit; Itemq; ingeniosum de *notu corporum naturali*

Libellum Diuo Dionysio Arcopagita vouit.

Et quid non MENTI, cui ista omnia, imò, si Aristotelis eiusque asseclæ Theophrasto credendum, immortalitatem ipsam omnis laboris precium debemus? Huic certè olim in Capitolio VIII. Id. Iunij consecratam fuisse ædem, indicat vetus Calendarium, quod Lilius Lib. 23. à T. Otacilio Præ-tore factum memorat; eiq; Iustitiam ab Augusto fuisse consecratam canit Ouidius III. de Ponto.

*Iustitia vires temperat ille suas.*

*Nuper eam Casar facto de marmore templo.*

*Iam pridem posuit Mentis in æde sua.*

Menti Votum præterea erectum constat ex Lapide Veteri ad Vlpianam Traianam.

M. SEPTIMIUS. C. F.  
MENTI. FIDEIQ. DEAB  
PRÆSENTIBVS  
EX. VOTO. S. P

## CAPVT XXII.

### VOTA LABORANTIVM.

**A**Tq; ut ad eos transeamus, qui operis ac laboribus vitam traducunt. *Viam inturi supplicabant Herculi. Festus Pompeius Lib. XIV. Propter viam fit sacrificium, quod est proficiscendi gratia. Herculi aut Sanio, qui scilicet idem est Deus. Addit Paulus: Profecturi viam Herculi aut Sanio sacrificabant. Alij Iano: Quidam Sancto: Nonnulli Sango, item Fauno: quemadmodum notauit Guliel. Stucchius Antiq. Coniual. Lib. I. Cap. XXIX. ubi refert apud Romanos peregrinationis ergo, sacrificia, Cænas, & Vota simul fuisse facta. Sic reatum sibi quibus aliqua religionis specie pollicebatur. Quem sua prudentia cum difficilem præ videret Tullius in exilium iturus, Mineruam custodem, quam domi suæ priuatim*

coluerat, in Capitolio consecrauit; quemadmodum Dion Lib. xxxvi i i. memoria prodidit. Res pietatis plena! quam uberiùs testatur Plutarchus in eius vita: *Quæstor in Sicilia aonum argenteum Dijs consecrauit, in quo initia inscripsit duorum nominum MARC. TVL. terrij verò locoludens Cicer iussit artificem proxime illas literas incidere.*

Ritum huius religionis indicat Apuleius initio Floridorum: *Viantium moris est, cum aliquis lucus aut aliquis locus sanctus in via oblatus est, VOTVM apponere, portum postulare.*

Pro reditu pariter Herculi Vota fiebant. Suet. Cap. de Tiberio: *Vota proitu & reditu suo s. seipi passus. Caligula c. xiv. Cum paucos post dies in proximas Campanie Insulas traiecisset, vota pro reditu suscep a sunt. Rufi Senatoris Votum & Sacrificium pro Cæsare apud Senecam est. Tibullus Lib. ii. Eleg. iiii.*

*At si pro dulci reditu quacumq; vouentur  
Audiat auersa non meus aure Deus.*

Explicatiùs hac de re Catullus Carmine 67.

*Atq; ibi pra cunctis, pro dulci coniuge, Diuis  
Non sine Taurino sanguine pollicita es,  
Si reditum retulisset is, haud in tempore longo  
Captam Asian & Egypti finibus aduceret.*

Vide ut hæc cum ijs consentiunt, quæ habet Cato suo loco laudatus, ubi Votum rem Diuinam appellat. Nec solum Taurino sanguine, sed & humano Reditum Imperatori satis erat impetrasse. De quo Virgilius Æneid. ii.

*Sanguine placastis ventos & virgine casa,  
Cum primum thacas Danaï venistis ad oras  
Sanguine querendi reditus animaq; litandum  
Argolica.*

Est in hanc rem Inscriptio vetus apud magnum Lipsium ad ii. Annalium Taciti; quam propter elegantiam huc transferri æquum fuit:

HERCVLI DEFENSORI  
PRO. REDITV. ET ITV  
T D. CLO.

D. CLODI SEPTIMI

ALBINI CÆSARIS

D. CLODIVS. D. L

FELIX

ACTOR. CÆS. N. D. D.

Phæbi etiam exactis itineris difficillimi laboribus, non in-  
memorem fuisse Dædalum, ostendit Maro *Æneid. vi.*

*Dædalus, ut fama est, fugiens Minota regas.*

*Præpetibus pennis ausus se credere Cælo*

*Insuper per iter gelidas enavit ad arctos.*

*Calceidicæq; lenis tandem sup. radstitit arce.*

*Redditus his primum terris tibi Phæbe sacrauit*

*Remigium alarum posturq; in montia templa.*

Nec minori hic veneratione colebatur Mercurius, ut *Æsopos*, cui primitiæ in vijs locabantur. Qua ratione Charinus etiam apud Plaut. in *Mercat. LARES VIALES* sollicitat. *Hermas* autem Athenis Mercurio frequentius fuisse erectas constat ex Cornelio Nepote in vita Alcibiadis. quod ante ipsum Thucidides scriptor antiquissimus Lib. vi. attigit. Mercurio præterea ut Mercaturæ & Lucri præsidii, qui teste Opiano de Piscatione Lib. iii. v. 10. lucrosissimum inter homines ingenium ostendit, communia erant lucra, quæ præter spem in vijs obtingebant. Unde Seneca Epist. 119. *Quoties aliquid inueni, non expello donec dicas in commune.* Intelligitur enim Mercurius communis, hoc est, Lucri particeps. Ciceronis verba Lib. xiii. ad Atticum Epist. 12. *ipsum eruditi insperatum lucrum interpretatur.* Huc facit saxum Metis repertum 1599.

MERCVRIO. NEGOCIATORI

SACRVM

NVMISIVS. ALBINVS

EX VOTO

Ad lucrum verò non parum confert sermonis facilitas: unde Mercurio in sacrificijs propter facundiam Victimarum linguas fuisse oblatas constat. Verùm & fortunæ non raro pri-

mæ

me debentur. Ita in Saxo apud Isaram flumen in Boiarijs.

DEO. MERCVRIO

FORTVNÆ

REDVCL. SACRVM

AVR. MARCELLVS

DECIALI. FIL. . . .

Lepidè apud Aristophanem Pluto Mercurium inducit con-  
querentem vinum sibi dari aquatum. Ei enim offerebatur Li-  
batio temperata, quod merum rationi, & sermoni plurimum  
officiat.

Tandem qui laboribus anguntur Tutani opem implorasse  
docet Varro *Herculeam fidem* apud Nonium Marcellum Li-  
bro de Proprietate serm.

*Noctu Annibalis cum fugauit exercitum,*

*Tutani hoc, Tutani, Roma nuncior.*

*Hoc propter, omnes qui laborant, inuocant.*

Plinius etiam de hoc Deo Lib. x. & uberius Iosephi Scali-  
geri Coniectanea in Varronem de lingua Latina.

Exules autem si quidquam pro reditu voverint, nondum  
videre contigit. Quia his etiam animos mouerit in patriam  
pietas minimè dubito. Illud sanè filere nequeo quod pleriq;  
eradunt, Hebræos dum Babylone exularent assidua patriæ  
memoria in annulis Hierusalem figuram gestasse.

### C A P V T XXIII.

#### *Nauigantium & Nautarum Nota.*

**V**Erè nimis Romanæ fidicen lyræ Lib. i. carm. Od. 111.

*141 robur & as triplex*

*Circa pectus erat, qui fragilem truci*

*Primus, nec timuit precipitem Africum.*

T 2 Non

Non vana igitur in Medea Tragici querela est

*Audax nimirum qui se cum primis*

*Rate tam fragili per fida rupit*

*Terrasq; suas post terga videns*

*Animam leuibus credidit auris*

*Dubioq; secans aequora cursu*

*Potuit tenui fidere ligno*

*Inter vita, mortisq; vias*

*Nimum quacili vixit dūto*

Hinc nauigaturi non sine ratione Aram in littore erigentes  
Neptuno ac Apollini taurum mactabant, atq; ut est apud  
Poetam, nigram Hiemi pecudem, Zephyris Felicibus albam;  
extra demum in fluctus proieciabant, nec soluebant ante Nu-  
men exoratum. secundi verò auspicij loco erat in augurijs  
Cygnus, qui nunquam undis mergitur. Inde Homerus v.  
Odiss.

*Ταύρος πικρὸν ἔδωκεν ἔροσι χθονὶ κυανοχέρη.*

*Cyaneosternes taurus mactetur habenti.*

Cuius imitatione Maro Aeneid. v.

*— meritos animas mactant honores*

*Taurum Neptuno, taurum tibi putabey Apollo.*

Neptuno priuatim pisces dicati Manil. in r. rerum Astrono-  
micarum.

*Agnoscatq; suos Neptunus in aequore pisces.*

Et quidem pro Naue peculiariter Votum edidisse priscos, col-  
ligo ex Oppiano de Piscatione Lib. iv. ubi, naufragi mentio-  
ne iniecta, doctissimi Ritthershusij verbis sic pergit:

*Sed hoc quidem nautis prohibeat saturnius*

*Marinus ( idest Neptunus ) : naues autem per latum mare currant*

*Aures leuibus illata, & inconcussa*

*Onus ancepsitudinaris transfuhen es laboribus.*

Argo sanè post Colchicam nauigationem cum incolumes  
Heroas delectos in patriam reuexisset, fertur Palladi ab Iaso-  
ne consecrata, atq; ob seruatos tot Deos, inter sidera tan-  
dem

dem translata. Quo autem ritu Dijs Naues dicabantur me-  
morat Apuleius xi. Metamorph. *tada lucida & duo & sulphure so-*  
*lemnissimas preces de casto profatus ore Naum quam purissime purificata*  
*Dea n. ucupauit.* Hucne facit saxum Romæ in arce Turnonis in  
fronte piscem continens, & in basi nauiculam; ubi hæc in me-  
dio leguntur.

D. M  
M. AVRELIO. ER  
MAISCO  
BENEMERENTI  
QVEN. OMNES SODALES  
SVI. QVERVNT

Et altera inscriptio vetus in tabella ænea à Fulvio Ursino  
proditæ.

SVB. L. ARRVTIO. STELLA  
NAVIS. HARENARIA. QVÆ  
SERVIT. IN. ÆMILIANIS  
REDEMPTORE  
L. MVICIO. FEIICE

Nauigia verò eorum Tutelarium simulacra in puppe osten-  
debant; à quibus pot: si mùm secundos successus expectabant  
quandoque etiam in prora; qualiter Bucentaurus Venetus in  
fronte fert Iustitiæ Statuam, moderati Imperij symbolum.  
Phœnices ea appellasse Patecos auctor est Helychius. Hæc  
vel erant picta. unde Ouidius Lib. i. Eleg. iii.

*Puppiq; recuræ*

*Infilit, & pictos verberat unda Deos.*

Vel Statuæ forma. De quibus fortassis Persius

*Ingentes in puppe Dy.*

Vtriusq; generis diuersa adhuc passim spectamus. Ita nauis  
Alc.

Alexandrina, qua D. Paulus ex insula Mytelene Syracusam  
vehebatur, Castorum insigne erat, ex Act. Apostol. Cap. 28.

v. 12.

Vota verò priscos velis inscripsisse ostendit Apuleius loco  
pridem memorato. *Huius alui felix nitens carbasus votum ingestans  
progerebat. vbi Io: Argolus pro ingestans non malè legit, ingens.*

Nautę etiam referente Maximo Tyrio Dissertatione xxix.  
solebant Dijs maritimis consecrare remones in eminenti ali-  
quo scopulo. Huic affine est, quod notat Herodotus. *Apud  
Tanarem ingens Arionis Donarium ex re, quod Delphinum refert piscem,  
cui homo citharam pulsans insidet.* Historiam attigit Oppianus de  
Piscatione Lib. v. vers. 448. ubi de Delphini Philanthropia  
multa admodum præclara: in primis aduersus puerum Insula-  
num de pietate Delphini narratio proluxa. Cui simillima de  
Iassensi puero apud Plutarchum de solertia Animalium.

Nautas verò aduersa tempestate iactatos ait Tullius Lib.  
11. de Inuentione Vota fecisse Castori & Polluci, eorumque  
simulacra in Samothracia ante portum sita fuisse, ut ijs nau-  
fragio liberati Vota soluerent, annotat Seruius Latino-  
rum Grammaticorum doctissimus. In hanc rem Romę le-  
gitur:

C A S T O R I . E T P O L L V C I  
S A C R V M

O B . F E L I C E M . I N . P A T R I A M  
R E D I T V M . T O T . S V P E R A T I S  
N A V F R A G I I . P E R I C V L I S

... E X . V O T O . C V M

S O C I I S

L . M . P

C . V A L E R I V S . C . F . A G E L L V S

Erant enim à Veteribus forsitan ob discrimen vitę *Dij magni*  
vocari, quemadmodum ex Inscriptione Cap. x. à nobis allata  
planum est. Horum Seneca meminit Lib. 1. Natural. Quæst.

In magna tempestate apparent quasi stella velo insidentes: adiuvari se tunc periclitantes existimant Pollucis, & Castoris numine. Ad quod respiciens Catullus Carni. 69. ad Mallium.

*At veluc nigro iactatis turbine nautis*

*Lenius aspirans aura secunda venit,*

*Iam prece Pollucis, iam Castoris implorate:*

*Tale fuit nobis Mallius auxilium.*

Hinc lucem accipit ille idem Carmine IV.

*Neq; tua vota Littoralibus Dys*

*sibi esse facta cum veniret à mari*

*Noti sibi o bene ad usq; limpidum lacum.*

Neque absurdum fuit quod prodit de Inventioni Cicero, Nautas vouisse Dianæ se vitulum immolaturos, eam enim cum Iride, cui supplicabant Naugantes, eandem esse iam ante abundè ostendimus.

Nunquam verò frequentius, quàm in ipsa iactatione tempestatis, Vota fiebant. imò tunc locus Voti proprius erat. Ouid. Tristium Lib. I. Eleg. II. vers. I.

*Lymanis & Celi, (quid enim nisi vota supersunt?)*

*Sclere quassata parcite membra ratis.*

Græcis autem, cum in mari procellis iactarentur, solennis erat exclamatio: *Ἐω Γλαυκῆς*, idest, *Procul sis Glaucè*. Nautas in extremo discrimine constitutos non solum inuocasse Dominum, sed & Vota vouisse refert Ionæ historia.

Atqui Ventorum is quoq; impetus erat, ut summorum hominum Vota extorserint. Spiritus nempe inuidia res est: nihil enim erit, ut eleganter ex Virgilio Seneca Natural. Quæst. Lib. VI. Cap. 18. quod

*Luctantes Ventos, tempestaesq; sonoras,*

*Imperio premit, ac vinculis et carcere frenat.*

De Circio idem Natural. Quæst. Lib. V. Cap. XVII. *Diuiserit Augustus Templum illi, cum in Gallia moraretur, & vouit, & fecit.*

Hinc fortassis in Symbolo Pythagoras:

*Ventorum flantium precipitum adora.*

Quam

Quamvis Iamblichus putet hic præcipi, non modo diuina, sed etiam diuinorum similitudinem colendam esse.

Capillos peculiari ritu detonsos fluminibus Deorum munere adscriptos à Græcis oblatos tradit Pausanias. Cuius rei indicium apud Athenienses Statuam adolescentis sibi comam demetentis ad Cephisum Bœotix fluium narrat Philostratus. Quem cultum Cap. XI. iam attigimus.

Mare autem & aquas sub Neptuni nomine coluerunt veteres. Huic nempe Opis & Saturni filio Iouis & Plutonis Fratris, maris dominium fuit commissum. Hinc tot merito Neptuno Vota, cui Argonautæ duos Tauros ob felix iter immolasse dicuntur; Itemq; niger Taurus Neptuno dicatus. E quibus Votis nondum publici iuris factum in fluuio Velino, qui Reatum perluit, marmori incisum legitur, quod pridem submitit V. C. mihiq; amicissimus Gabriel Naudeus.

NEPTVNO

SACRVM

CANNIVS. NEPTVNI. DIALIS

VOTO. SACRAVIT

Cuius superstitionis vestigium adhuc refert ibidem fons Neptuni, de quo Albertus Leander in descriptione Italiae.

Alterum addam, quod in Ecclesia Salodiensi apud Lacum Benacum visitur.

NEPTVN. AVG

SACRVM

PRO. SALVTE

L. SEPTIMI. SEVE

RIANI. PATRONI

L. SEPTIMIVS

FELICIO. EX. VOTO

In Campania itidem.

NEPTVNO

SACRVM

VO

VOTVM. IN. SICVLO. PRETO  
SYSCEPTVM. SOLVIT

Huic itaq; iure commendata Nautarum Societas, quæ veluti  
Neptunia proles Præfidi Statuam variè ornatam crexerat hæc  
Inscriptione insignem:

IN. H. D. D.

D. NEPTVNO. CON

TVERNIO. NAVTA

RVM CORNELIVS

ALIQVANDVS

O. D. S. I. D. O.

Plutarchus refert in Vita Pompeij, Neptuno tria fuisse tem-  
pla opulentissima, quorum unum in Isthmo, aliud in Tenaro,  
tertium in Calabria, quæ Insula etiam Neptuno dicata fuit ob  
terræmotus, cui præses Neptuhus. Ita Virgilius v. *Æn.*

en quattor ara

Romæ etiam apud Tiberim, ubi nunc delubrum Diuo Blasio  
Sacrum, in templo Neptuni Nautas olim Tabulas naufragij  
pictas suspendisse tradit Lucius Maurus in *Antiq. Rom.*

Vestem, quam initio ex Horatio ostendi eidem suspensam,  
hæc non reperit, contentus mō huisse Nautarum habitum fuisse  
penulam coloris Veneti, siue thallassici aut cœrulei, quæ indu-  
ti, brachio dextro exserto, caudæq; siue caputio, vel bardo-  
circullo, veluti & nostra ætate, tecti incedebant. Vestes etiam  
ijs aduersus aeris iniurias pelliceæ erant. Quò spectat Vege-  
tij de Re Militari Lib. iv. monitum, *in mari exploratores veste Ve-  
neta induendo*. Quin tumultus eorum, qui ad litus eiecti erant,  
fragmenta nauium inferebantur, quæ essent veluti Manium  
Donaria. Lycophron, ex interprete:

busium supra

Statuere cippum funebrem Argo navis  
Transstrum reuulsam Manium Donarium.

Comes Neptuno erat Portuum Deus, quem putabant eum

V

esse

esse qui Palemon à Græcis, & Portumnus latinis dictus est. Huic Nautæ reduces à suis navigationibus sacrificarunt.

in Vastum & miraculosum Neptuni apud Atlantes Templum centum Nereides Delphinis insidentes ornarunt, magni Platonis indicio. Canopum Menelai olim nauarchum inter sidera locatum Egyptij adorabant.

Plutoni præterea Inferorum Deo periculum maris qui euaserant Vota posuerunt. Quale in Hispania ad Castra Vicelliana Medelin.

PLVTONI  
DEO. IN. LOCO  
SVB TERRA. COND  
PERICVLO. OCEANI  
LIBER. ARAM. POSV  
IT. FAB. VICELLA  
NVS. EX. VOTO

Tempestati etiam Deæ: cui M. Marcellus à periculo navigationis in Corsicam & Sardiniam liberatus Ædem extra portam Capenam Cal. Iulij dedicauit. De qua Ouidius in Fastis:

*Te quoque, Tempestas, meritum delicta fatentur,  
Cum penè est, Corsis, obruta puppis, aq. is.*  
Ita Mineruæ Diomedes apud Mothonem Peloponnessi ciuitatem, quod ipsius auxilio sedata esset ventorum tempestas, delubrum ædificasse dicitur. Pausanias refert & Iouem à Lacedæmonijs cultum Euanemi cognomento, à prosperis ventis ducta appellatione.

CAP. V. T. XXIV.

*Agriculturarum, & Villicorum Vota.*

**M**ortalium innocentissimi, qui suis laboribus honestissimum vitæ lucrum sine ullius iniuria sectantur, quum nullius propè rei magis quàm bouis indigi viderentur, Marti Sil-

uano

nano pro huius animalis valetudine annum Votum faciebant: & soli quidem Viti, ut Cereri mulieres, quemadmodum ad Iuvenalem obseruauit Autumnus. Cuius rationem integram reliquit Cato de Re Rustica cap. 83. ubi iteratò rem diuinam appellat. Martem verò *Siluanum* orientalem in duorum aut plurium agrorum interfinio Iosephus Scaliger intelligit suis ad Festum notis. De quo in Epodis Lyricus:

*Pater Siluane tutor finium.*

Siluanus autem præcipuus inter Deos rusticos, à Siluis nomen sortitus, ab agrorum cultoribus summopere colebatur; cui præcipuè pro pecorum valetudine, & agrorum fertilitate porcum immolabant. Quem morem tetigit Iuuenalis Satira VI.

———— *Cedere Siluano porcum.*

Et Poeta Venusinus ad viuum expressit Lib. II. Epist.

*Agricola prisce, fortes, paruoq; beati  
Condita post frumenta leuantes tempore festo  
Corpus, & ipsum animum spe finis dura ferentem  
Cum socijs operum, & pueris & coninge fida  
Tellurem porco, Siluanum lacte piabant.*

Hinc Tibullus Lib. II. Eleg. V.

*Lacte madens illic superat Pan ilicis umbra.*

Item, Lib. I. Eleg. X.

*Hostiaq; è plena rustica porcus hara.*

Quæ postrema verba mihi magis arrident, quàm quæ in nonnullis libris *Mystica porcus hara*. Sic enim Ouidius Lib. III. Amorum.

———— *& humili victima porcus hara.*

Huius vestigium refert vetusti marmoris inscriptio sequens:

SILVANO. SACRVM. SODAL  
EIVS. ET. LARVM. DONVM. POSVIT  
TI. CLAVDIVS. AVG. LIB. FORTVNATVS  
A. CVRA. AMICORVM

Expressiùs altera:

V 2 SIL-

S I L V A N O . O m n i s p r o p r i a t a n o p r o h u i u s  
 S A N C T O . S A C R O .  
 L I A R V M . C A E S A R I S  
 N I E T . G O L L E G I . M A  
 G N I . C N . T V R P I L I V S  
 T R O P H I M V S . V O T O  
 S V S C E P T O . A R A M  
 D E . S V O . D . D

Rem ipsam ob oculos ponit elegantissimum marmor niueum,  
 cuius typum in humanitatem Viri Cl. Io: Baptistæ Casalis No-  
 bilis Romani libens transferimus:  
 Hanc Tabulam Romæ quondam fuisse Horatij della Valle  
 I. C. discimus ex Gruteri Inscriptionibus, ubi hæc eius descri-  
 ptio.

*Stat hic Silvanus inter quercum, &  
 palmam altera manu falcem putatoriam  
 habens, altera ramum, cuius ex-  
 tremo nescio an nux pinea emineat.  
 A dextris, ad altare tibicen canit ad-  
 stantibus duobus alijs.  
 A sinistris, duo item astant, quorum hic  
 nescio quid vasculi utraq; manu  
 capiti impositum sustentat: Ille  
 porcam ducit tergum vittatam  
 subscribitur.*

SACRVM. SANCTO. SILVANO. AVG. VOTO.

S V S C E P T O . E X . V I S

Ita ille, qui magno hinc operi à Iosepho Scaligero laborio-  
 sè inchoato, & à Grutero feliciter confecto, symbolam con-  
 tulit. Sed


*non vidisse satis, iuvat usq; morari*





SACRVM . SANCTO . SILVANO . AVG . VOTO . SVSC . EX . VIS





ST. SACRAM. S. VINC. S. B. I. T. A. M.

ac singula dispicere. Tabula est marmorea duos ferè palmos alta, sesquipalmum lata, cuius dorso quatuor insculptæ sunt cauernulæ, quibus dubio procùl parieti appendebatur. Icones symmetria & habitu argumento rudiori decorè conueniunt. Aræ astant vouentes tunicati & incompti, quam sacra facturus solemnifacriiijritu ad dexteram conuersus dextera manu tangens erecto vultu preces fundit, Ianum & Vestam, qui in omnibus factis præcipua numina erant, atq; in Votis concipiendis primum compellabantur, obsecrans ut per eos aditus ad cætera pateat, Iouis Opt. Max. inuocatione, de more adiecta. Interim agrestis puer ponè quadratam aram distentis buccis geminam tibiam inflat, ne quid infaustum exaudiretur, cuius generis expressius, ambiente genas ad canentis robur habena, tibia duplex decenter perforata conspicitur in effigie statuæ æneæ pedem altæ, quam è Cl. Viri Iacobi Gaffarelli Museo mihi aliquando communicauit Io. Rhodius.

Antiquos autem magno nisu fistulam inflasse, non leuem mihi præbet suspicionem, quod apud Festum inter veteres Grammaticos facillè primum *Flator* idem sit quod Tibicen. Aræ adstat alius puer loro canem trahens venaticum, quod animalis genus in sacris mactatum primitus constat. Ex aduerso vitatum (ut apparet) Porcum, veluti Siluano sacrum, minister litandum tenet, ponè quem villicus pilam ceruice gerens tundendis frugibus, quæ immolandæ erant. In medio Siluanus est, Forma reliquis conspectior inter Deos rusticos & domesticos habitus, quem ipsæ Inscriptiones vnum è Latinibus manifestant. Rectè nudus est, relicta apud Herulem veste, cum eius vindictam effugeret. Capitis velamen certè obscurum est. Coronam è ferula & lilijs ei tribuit Virg. Ecl. 1.

*Veni, & agresti capitis Siluanus honore*  
*Florentes ferulas & grandia lilia quassans.*

Pinu coronatum è tabulis quibusdam Romanis suspicatus fuit Gruterus: sed pineum fortè conum cupressi loco transmisit, quic eas viro optimo communicauit. Arbores utrinq; sitæ ad-

mo-

modum mihi dubiæ. Palmam & Quercum Gruterus censet.  
Nec male. Vtraq; enim æternitatem notat, cui fortassis vo-  
uens tabellam sacrauit. Retusam is falcem dextra tenet siluis  
cadendis, sinistra ramum folijs viduatum; de quo Gratius in  
Cynegeticis.

*inculto Siluanus vermite gaudens;*

è quo eupressi nuces surgunt, cuius ille primus sationem insti-  
tuit; quidquid de pinea aliquando fructus forsan similitudine  
seductus censuerit Smetius vir doctissimus. sic enim Poëta  
1. Georg.

*Et teneram ab radice ferens Siluane cupressum.*

Quod autem Siluano diuini olim honores collati, causa non  
fuit planè nulla. Agricolaë quippe ut aruorum ac finium do-  
minum colebant; Ciues ut matronalis pudicitiaë insidiatorem;  
omnes verò ut coniugis conseruatorem: nec Meursio Critic.  
P. 2. Lib. 11. c. 1. diuersus est à Marte Siluano Picumno, cui  
veluti Deo coniugali in puerorum natalitijs lectus in ædibus  
sternebatur. Inde varia encomiorum serie apud priscos, Do-  
minus, Geminus custos, Salutaris, Domesticus, Dendropho-  
rus, Littoralis, Cælestis, Augustus, Sacer, Sanctus; & Sanctif-  
simus, Adiculas, Tempa, Signa, Collegia, Adituros, Culto-  
res, Sodales, Sacerdotes, Antistites meruit, & solemnia sibi  
Vota Cal. Martij Romæ instituta. Inter alia insigne huius  
Elogium habes.

SACRVM. SANCTO. SILVANO. AVG. VOTO. SVCC. EX. VIS.

Qui Votum hoc Liberti cuiusdam pro salute Augusti susce-  
ptum putant Viri Antiquitatum notitia clari ita explicant.  
*Sacrum Sancto Siluano Augusti voto successit ex visione.* Nec dubito, quin  
hoc sensu accipiam S. S. S. in veteris Statuaë fragmento ele-  
ganti, cuius typum Illustris. Cassiani à puteo Equitis benigni-  
tati debeo: cum apertè satis id commonstret Romæ in Adibus  
Eminentissimi Cardinalis à Balneis conspicuaë magnitudinis ac  
vetustatis marmoreum Siluani Signum sustinens stylobata,  
quam viri optimi Gabrielis Nauclei cura delineatam damus.

At

At verò ne in re obscura quidquam gratis obtruderem, alios ingenio ac eruditionis fama præcellentes hic audire volui. Consultus inter eos Ioh. Galuanus V. Cl. & rerum antiquarum diligens indagator adducta modo verba sic interpretabatur. *Sacrum Sancto Siluano Augusto voto suscepto ex visu, vel viso.* Siluano enim Augusti epitheton quandoq; additum non minus, quam Apollini, alijsq; numinibus, iam in confesso censet. Gruteri verò auctoritate *suscepto* legendum affirmat, quod *susc.* saxo insculptum fuerit; et si aliter, artificis id mendum esse: itemq; *ex visu*, siue *ex viso*, non *ex visione*, gemina edoctus inscriptione, quarum una Romæ in Auentino:

SILVANO. SALVTARI  
L. MANLIVS. SATVRNIVS  
EX VISU. POSVIT

Altera Augustæ Vindelicorum, à Viro Illustri Marco Velfero Urbis Duumviro in lucem producta:

FLAVTON. FEL. P. OSERPINÆ  
FLAVIA. VENERIA. BESSA  
EX VISU. ÆDEM

Addit Vir doctissimus, Votum hoc Siluano factum fuisse, quod ex antiquorum superstitione infantes recens editos, imo matrem ipsam incubi more præcipuè infestare crederetur.

Doctè profectò omnia. At verò, saluo meliore iudicio, non desunt quibus magis aridet prior sententia. Nisi enim legamus Augusti, minus constabit cui votum id dicatum, vel à quo profectum. Seio equidem cæteris Dijs cognomen *Augusti* additum fortassis iure originis, quam Imperator Augustus Æneæ munere sibi ab illis arrogauerat; hoc tamen epitheton discretionis aut proprietatis omninò non asseuerauerim, quin potius esse ornatus cum multis commune. Ita enim ad Phœbum Tibullus Lib. iv.

*Sancte veni, tecumq; quicumq; labores,*

*Quicumq; & cantus corpora fessa leuant.*

Tu-

Tusculani quodque ad Benacum, quod vulgo Salodium, in saxo quondam erat. **AVGVSTIS LARIBVS.**

Nunquid his Silvanus abiector non pari dignus titulo? Nec profecto est quod sculptorem erroris infimulemus. Quanquam enim monumentum à vetustate variè affectum obscurè monstret, quod vulgò caudatum dicimus: utrumque tamen e c bono iure seruari potest ac debet, ut est omnino in marmore. Pierius namque Valerianus in vetustioribus quibusdam Virgilij Libris ita scriptum vidit 1. An.

*Nutrimenta dedit.*

Quam lectionem etiam tuetur Ioannes à Meyen in suis Annotationibus, & I. Scaliger Poet. Lib. 4. c. 16. Sic igitur optimo sensu legenda vetus Inscriptio: **IV X**

*Sacrum Sanctæ Silvano Augusti. Voto suscepto ex visu.*

Prolixiores nos fecit materia difficultas, cui ita satisfactum arbitramur, ut eruditorum diligentia adhuc plurimum superfit.

Silvano iam succedit Ruris Custos **PRIAPVS**, cui proxima ferè in vulgo iuxta eum fides erat, quemadmodum olim in pago Roncone non procul à Salburo prædio nostro suburbanò è veteri saxo manifestum.

*Villicus arari quondam nunc cultor agelli.*

*Hæc tibi perspectus, templa Priape dico.*

*Pro quibus officijs, si fas est, sanctæ paciscor.*

*Assiduus custos ruris ut esse velis.*

*Improbis ut si quis nostrum violabit agellum.*

*Hinc in, sed tento; scis puto, quod sequitur.*

Superest, cætera Agrestium munera persequamur, quæ stricim recenset Tibullus Lib. 1.

*Seu quis libaverat vnam*

*Seu dederat sanctæ spicæ ferta comæ.*

*Atque aliquis voti compos liba ipsa ferebat.*

*Postque comes purum filia parua faunum.*

Deo

Deo nempe pura placent munera, qualia potissimum sunt infantium. Neq; enim (inquit Plato in Alcib. II.) eiusdem est Dei natura, ut ducatur muneribus, quemadmodum improbus fenerator. Et enim graue esset, si Deus ad DONARIA & sacrificia nostra respiceret potius, quam ad animum, utrum iustus sanctusq; sit. Ad quem equidem Deum arbitror multo magis attendere quam ad multi sumptus pompas atq; sacra. Optimè igitur Poeta filiulam inducit purum fauum & sine cera offerentem. Adeò verum Poetae illud Fast. II.

— — — *Pietas pro diuite grata est.*

Hinc ante Epidauri Templum scriptum erat, ut notat Porphyrius de Abstin. Lib. II.

Ἀ γνὼν χρὴν ναοῖο θυώδεος ἐν τὸς ἱόντα

Ἐμφαυεν.

*Inter odorati consistere limina templi*

*Castà mente decet.*

Imo Deum auersari ostentationem, innuere videtur studiosa obscuritas Inscriptionis Templi Delphici, cuius foribus præfigebatur litera EI, sacri Donarij & spectaculi conditione, quemadmodum refert Plut. commentario in hanc rem peculiariter conscripto, ubi allatis diuersorum hac de re sententijs tandem aperte affirmat Deum, qui EST, hic significari.

Quid verò *Sanctæ Comæ* nomine intellexerit Tibullus, ostendit vetus Numisma, in quo caput Cereris multiplici spica coronatur. Vnde Diodoro Siculo teste, Ægyptij in æstate spicas offerebant Isidi, quam cum Cerere quidam eandem fuisse censent. At quoniam, ut verè Poeta IV. Pastorum:

*Pace Ceres lata est,*

Eruditè Tibullus Lib. I. Eleg. X. v. penultimo:

*At nobis Pax alma veni, spicamq; teneto.*

Atq; hinc orta Græcorum *θεομοσότης*, quæ latinis *Cerealia*: de quibus Virgilius Georg. Lib. I. versu 338.

*In primis venerare Deos, atq; annua magna*

*Sacra reser, Cereri, lotis operatus in herbis.*

Et mox;

X

*Cuncta*

*Cuncta tibi Cererem pubes agrestis adoret,  
Cui tu lacte fauos, & miti dilue Baccho.*

Rursus Ecl. v. vers. 69.

*Vt Baccho, Cererique, tibi sis Vota quotannis  
Agricolæ facient.*

Item Tibullus Lib. 1. Eleg. 1.

*Et quodcumq; mihi pomum nouus educat annus,  
Libatum Agricola ponitur ante Deos.  
Flaua Ceres, tibi sit nostro de rure corona  
Spicea, quæ Templi pendeat ante fores.*

Hæc enim ut verè Oppianus Lib. 11. de Pisc. v. 19.

*— ingiq; boum, arationisq; terra,  
Triticisq; fertilis fert honorem messis.*

Quod autem Ceres ut mater maxima mortalium colebatur;  
suadet sequens Inscriptio in Vico Fleri agri Brixienfis:

CERERI  
MATRI MAXIMÆ

FRUGIFERÆ

QVINTIVS

GEMELLVS

V. S. L. M.

Hæc enim frumentorum usum reperit. Ouid. Fast.

*Prima Ceres homine ad meliora alimenta vocato  
Mutauit glandes utiliore cibo.*

Præter messem porrò Agricolaë etiam Cereri falcem dica-  
bant; item Vomerem, & Lorum subiugrum Tauros ligans, nec-  
non stimulum, aliaq; rusticationis instrumenta. Epigram. Lib.  
dicto. c. 7. Eidem pariter post messem primitias frugum offe-  
rebant, unaq; Mulsum, & Lac. Conuiuia insuper celebraban-  
tur inter conuinctos, veluti auctor in Cerealibus Theocritus.  
Eidem etiam Porcam fuisse sacram, ex veteri numo, in quo  
cusa est Ceres cum porca, ostendit Ioseph Scaliger ad Tibul-  
li Lib. 1. Eleg. x. Occasionem patefecisse mihi videtur Hygi-  
nus Fab. 227. cuius hæc verba: *Ceres fruges serere, boues domare*

& alum-

Et alumno suo Triptolemo fruges serere demonstravit. qui cum seruisset, & sus, idest porcus, quod seuerat effodisset, suam comprehendit, & duxit ad Aram Cereris & frugibus super caput eius positis, eidem Cereri immolauit. Aliam causam affert Porphyrius de Abstin. Lib. 111. suam non alia de causa concessit Deus hominibus, quam ad sacrificium, ideo eius carni animam tanquam salem miscuit.

Causam huius uenerationis reddit I. Firmicus citato opere: tum ipsa dispensatio quod (Ceres) attulerat frumenta, tum quod colligendarum frugum tradiderat disciplinam, post mortem ob beneficium quod ex frugum copia nascebatur, & sepulta in eo loco est, pariter & consecrata. Amat enim Græcorum leuitas eos, qui sibi aliquid contulerint, vel qui consilio aut uirtute se iuuerint, diuinis appellare numinibus.

Cerealia porro dona aris imponi adhuc moris est apud agrestes in extremo Septentrione, qui nostra ætate Christianorum ritu uiuunt. Hinc apud Romanos ludi Cereales dicebantur, qui in honorem Cereris à matronis pridie Idus Aprilis per dies octo celebrabantur. Cui etiam Romæ templum ex voto constructum Dionysio teste Lib. 9. à Posthumio Dictatore: Cum enim initio belli laboraretur victus inopia, & magnus metus esset, ne in totum deficeret, terra fructus negante, & bello, ne commeatus subueherentur, vetante, libri Sibyllini iussu Dictatoris, inspecti sunt à suis custodibus, & mouentibus oraculis, placanda esse hæc numina, votum fecit Posthumius, priusquam exercitum educeret, si imperij sui tempore felix prouentus daret, qualis antea, templa se illis constructurum, & instituturum in singulos annos sacrificia. Exaudierunt Dii, dederuntq; magnum prouentum frugum, tum arborearum, tum terrestrium, & Posthumius voti damnatus templum eis promissum reddidit.

Zephyro etiam Vento ob euentilationem segetum Eudemus in agro Templum crexit.

Pari quoq; Stratonicus Arator Fanum. Pani uero Lycæo Arcadiæ Deo Canis immolabatur, vel capra candida. Alij uolunt fuisse Hircum votum, ex cuius pelle Sacerdotes Luperci flagella conficiebant, ut feminas minus fecundas in Lupercalibus verberantes, fecundæ euaderent. Hinc Ouidius:

*Excipe fecunda patienter verbera dextra.*

*Iam socer optari nomen habebat aui.*

Cur autem Veneri Vuam, Ficum, Oliuam, ac Libum assignat Poeta c. 7. Epigr. 17. causam non video aliam, quam quòd ipsa sit foecunditatis mater.

De caeteris Dijs, quibus pro latiori segete Vota nuncupabantur, ita D. Augustinus Lib. iv. Cap. viii. de Ciuitate Dei. *Nec saltem potuerunt vnam Segetiam talem inuenire, cui semel segetes commendarent; sed fata frumenta quam diu sub terra essent, praepositam voluerunt habere Deam Seiam. Cum verò iam super terram essent & Segetem facerent, Deam Segetiam; (quam & Plinius Lib. xviii. Segetiam appellat) frumentis verò collectis atq; reconditis, ut tuiò seruarientur, Deam Tutilinam praeposuerunt: Praefecerunt Proserpinam frumentis germinantibus, geniculis nodisq; culmorum, Deum Nodotum; inuolumentis folliculorum Deam Volutinam: eum folliculi patefcunt, ut spica exeat, Deam Patelenam: cum segetes nouis arstis aequantur, quia veteres aequare hostire dixerunt, Deam Hostilinam: florentibus frumentis, Deam Floram: lactescentibus, Deam Lactureiam; (quam à nonnullis Laeticiniam scribi notauit ad hunc locum Eruditissimus Ludouicus Viues) Maturiscentibus, Deam Maturam: cum runcantur, id est, à terra auferuntur, Deam Runcinam.*

Quin Villici Patronis tutelae Votum dicabant, ut patet ex antiqua Inscriptione in erudito Cl. Laurentij Pignorij; heu quondam nostri, de Seruis Commentario.

Procuratores etiam Ioui pro incolumitate praedij Vota erexisse indicat praesens marmor in agro Brixienti:

I O V I O . M .  
 C O N S E R V A T O R I . P O S  
 S E S S I O N V M . R O S C I O R  
 V M . P A V C V A E L I A N I . N . C O S  
 E T . B A S S A E . F I L I O R V M Q V E  
 E O R V M . E X . V O T O . L .  
 R O S C I V S . E V B V L V S . N V T R I T  
 E T . P R O C V R A T . C V M . R O S C I O  
 F I R M O . L I B . P R O C . E O R .

Ac

At enim cum suos cuique agros integros esse conueniret, in  
**TERMINIS** distinguebantur, qui fasciis, unguentis, coro-  
 nis ornabantur. Testis Flaccus Siculus: cum terminos assigne-  
 rent, ipsos quidem Lapides in proximam terram collocabant; proxime ea  
 loca, quibus fossis fissis & fissuris eos erant, & unguento velaminibusque,  
 & coronis eos coronabant. Neque tantum lapides ut terminos, sed  
 Tænijs & velaminibus Arbores ipsas ornabant veteres. Stat.  
 11. Thebaid.

\_\_\_\_\_ ac arbore casta

*Nectere purpurcas niueo discrimine vittas.*

Idque additis Lucernis. Quomodo apud Prudentium contra  
 Symmachum:

\_\_\_\_\_ fumificas arbor vittata Lucernas

*Accipit.*

Statua pariter Termino erecta erat, è quadrato lapide, vel sti-  
 pite dedolato, cincto, & coronato, unde Apuleius Lib. 1. Flo-  
 rid. *Vel enim colliculus sepimine consecratus, vel truncus dolamine effi-  
 giatus, vel cespes libamine humigitus, vel Lapis unguine delibutus.*  
 Erant enim apud Lapides terminales, & Arbores terminales. Ouid.  
 Lib. 2. Fastorum.

*Termine, siue lapis, siue es disertus in agro*

*Stipes, ab antiquis tu quoque numen habes.*

## C A P V T X X V.

### V I N C T O R V M V O T A.

**B**acchum depressos ad sordida hominum animos pri-  
 mum è mortalibus ad Deorum cultum erexisse, ceci-  
 nit Ouid. Lib. v. Fastor.

*An e tuos ortus Ara sine honore iacebant*

*Liber, & in gelidis herba reuerta focis.*

In libatione enim sacrificiorum summa est, cuius Bacchus  
 auctor perhibetur. Huic igitur, quod vinum ostendisset sum-  
 mum

num naturæ lætitiæq; præsidium, veteres extremum semper in cœna poculum in eius honorem delibabant. In primis verò ipsos Dionysij in templo memorat Philostratus in vita Apollonij Lib. 11. Cap. 1v. Falces, Cophinos, & Torcularia, ceteraq; Vindemiæ instrumenta, partim aurea, partim argentea suspendisse. Baccho etiam erectam fuisse columnam hedera cinctam ex Euripide refert Clemens Alexandrinus Lib. 1. Stromatum. Hedera verò ijs caput cingebatur, quicunq; Libero Patri erant initiandi, ut ostendit Euripides in Bacchis. Hinc sacrificantium coronæ, quibus caput vinciebatur ad illius Dei imitationem, Bacchæ dicebantur, teste Nicandro: quæ non minus quàm thyrsus siue hedera Baccho ipsi suspendebantur Epigram. c. 5. Addit Porphyrius de Abstin. Lib. 111. Græcos Bacchi Statuæ cornua bouis affixisse. Ad quem morem respexit fortassis Poeta Venusinus, dum sic de Baccho venuste:

— *tunc pauper cornua sumit.*

Eidem apud Græcos Satyrum posuit vitium sator Epigr. c. v. Et quidem vitium præterea totidem primitias, quot erant campi. Ibidem cap. 7. Dionysius Bassaris Euronome Clauas ponebat c. v. epigr. 3. Echinum Vinitor viuum nocium Baccho viuum suspendit; Mortuum etiam: Lepori pariter Vuis infesto cerebrum elisit, quem Baccho victimam & munus obtulit. Sues ante priuatas fores Ægyptios iugulare solitos in honorem Bacchi memorat in Euterpe Herodotus.

Notabile est, Veteres Baccho *Sobria* sacrasse, quæ Græci *Νηφάλια*, id est, *Sobria*, vocabant. Quibus sacris vinum bibere nefas erat. Scitè enim Poeta Anthologiæ Lib. 1. latinis verbis:

— *inunctus Nymphis est Bacchus gratus, at ignem ardentem capies, hunc nisi misueris.*

Hæc autem prima & antiquissima apud multos sacrificia fuisse ex Theophrasto prodit Porphyrius de Abstin. Lib. 11. pag. 156. *quæ nihil aliud erant, quàm ex aqua libatio.* Vnde Clidemo

mo auctore apud Suidam ei tempore tantum pluuio hostiæ immolabantur.

Votum Baccho factum refert vetus Lapis:

LIBERO. PATRI  
SANCTO. SACR  
SEX CÆLIVS

PRIMITIVVS. ET

PUBLICIA. ANTULLA

VOTO. SVSCEPTO

D. D

Aram quoque erectam, patet ex saxo Castuli in Hispania.

SACRVM

LIBERO. PATRI

C. CRESCENTIVS

EX. VOTO

ARAM. D. F. D. D

Adde, sacra triennialia Baccho facta. Quod tacitè innuit Oppianus de Venatione Lib. I. vers. 25.

ἐν ἐβέλω τρίτη σε τὰ γυνόει βακχοι ἡχῆ

Rittershusio sonant:

*Nolo trietrium te nunc montanum Bacchum.*

Censebatur ille montium Deus, quare colebatur potissimum autumnii tempore, unde Poëta:

*Tertia succedit Bacchi variabilis ætas,*

*Sentit adesse nōnos rustica turba Deos.*

In Orgijs autem Bacchicis ouum fuisse consecratum legimus apud Plut. Symp. Lib. II. Quæst. III. ut exemplum omnia gignentis & in se continentis. Baccho etiam sacram fuisse obliuionem notat idem Symp. Lib. I. Quæst. I. quod nihil eorum memoriâ tenendum, quæ per vinum committuntur. Hinc Martialis lepidè admodum Lib. I. Epigr. 28.

Μισῶ μνήμονα συμπίτην Πρόκιλλε.

Elegans in hanc rem Lindavi monumentum est, quamquam, ut verè iudicauit Gruterus, suspectæ vetustatis.

DIIS.

DIIS. MAXIMIS  
 BACCHO. ET. SOMNO  
 HVMANÆ. VITÆ  
 SVAVISSIMIS  
 CONSERVATORIB  
 SACRVM

Sacrificia demum ipsi cum tripudijs instituebantur: unde Dionysius Tripudij Deus appellabatur. Idq; à mulieribus, quas in expeditione Indica locias ipsi credidit fabulosa vetustas, quæ ab vesanis clamoribus Baccharum cognomen meruerit. Atq; ut fertilitatis opinio festiuitati accederet, ex altissimis arboribus Imagines quædam modò fictiles, modò ligneæ, Baccho similes suspendebantur, quæ à paruitate oris dicebantur Oscilla, ut longissimè possent conspiciere. De quibus iam nolo plura, quum Cap. xx. ea pro argumenti ratione exposita fuerint.

## CAPVT XXVI.

## VOTA NYMPHIS OBLATA.

**N**ymphas terrestres quorumvis animantium atque inprimis Bacchi nutrices, imo prætorum ac florum præfides censuerunt antiqui. Earum itaq; cultus insignis erat, etiam Fontium nomine, ut est in veteri monumento Brixie:

FONTIBVS  
 DIVINIS

SACR

M. ANTONIVS

SP. F. SILPHON

V. S. L. M

Vtrosque iunctim veneratus est Senex, cuius hi versus Viticæ legebantur:

SEX.

SEX. POMPEIUS .V. COGNOMINE. PANDVS  
 QVOIVS. ET. HOC. AB. AVIS. CONTIGIT. ESSE. SOLVM  
 ÆDICVLAM. HANC. NYMPHIS. POSVIT, QVIA. SÆPIVS. VSVS  
 HOC. SVM. FONTE. SENEX. TAM. BENE. QVAM. IUVENIS  
 Et quidem maxima harum ratio apud Agricolas. unde Vir-  
 gilius Ecl. v.

*Hæc tibi semper erunt, & cum solemnia vota  
 Reddemus Nymphis, & cum lustrabimus agros.*

Eam superstitionem Iulius Firmicus de errore Profanæ reli-  
 gionis ita perstringit: *Ægypti incolæ aquarum beneficio aquam colunt,  
 aquis supplicant, aquas superstitiosa Votorum continuatione venerantur.*  
 In primis verò ea cum voto ipsis offerebantur dona, quæ ipsa-  
 rum munere in hominum usus veniunt, Flores nempe varij  
 purpureæq; rosæ, ut omnia copiosè rigarent, veluti est apud  
 Leonidem Epigram. c. 7. Muneris in super loco mclerat, quod  
 è floribus ortum, qui ipsis sunt in delitijs, ipsarum genio di-  
 gnum. Unde & dulcissimæ appellatæ fuerunt, quemadmodum  
 in Tabula marmorea ad radicem Capitolij

NYMPHIS. LYMPHISQ. AVG

D V L C I S S I M I S  
 O B. R E D I T V M. A Q V A R V M

P L A C I D E. P R O S I L I E N T I V M

Sacris ad hæc ipsarum, præter Capram, Lac, & Oleum, simo  
 Vinum adhibebatur. Nec minus Statuæ, Aræ, Sacella, ijs ven-  
 luti humoribus dicata; ut non modo incendia, sed mala quæq;  
 auerterent. Hinc Saxum Albæ in Palatio vet. Cancell,

P R O S A L V T E. D O M I N I

N O S T R I. S A N C T I S S I M I

A N T O N I N I. P L I. N Y M P H I S

N O V I S. S A C R V M. R V F F I N V S

I D E G. X I I I. & c.

Et Saxopoli in Templo:

NYMPHIS. SALVTIFE

R I S. S A C R V M

Y M. LV.

Iac. Phil. Tomasinus

M. LVCILIVS. LVCILI

ANVS. AVG. COS. PRO

SALVTE. SVA. ET

L. ANTISTI...

SIMI. AVG. CON

V. S. M

Statuam & Fanum ijs posita planum est ex Inscriptione ad  
Balnea Auinionis in agro Senensi :

N Y M P H I S. S A C R

L. TREBONIVS. PATERN

LIB. FORTVNATVS

VOTO. POSVIT

SIGNVM. CVM. BASI. M

ET. ÆDEM. F. CVR

Aram quoq; sacratam liquet ex veteri Epigrammate Ro-  
mæ inuento:

VNDIS. CYANEIS. DONVM. PLACAVILE. FECIT

CONTVCIVS. BLANDAS. PER. A Q V A S. A R A M. V E N E R A N D A M

ubi *Placavile* pro *placabile*, permutatione B & V antiquis rece-  
pta. Sacellum itidem, inter alia satis comprobat pridem allata  
Senis dedicatio.

Ceterum, quia singularis aquarum tam in aduersa quàm se-  
cunda valetudine est necessitas: Inde Gruteri opera veterum  
monumentis accepimus, non modo Magistratum, sed Medi-  
cos, & Aquarios, hoc est, aquarum custodes, forsan & qui  
aquæ gerendæ ministerium præstabant, Nymphis vota pere-  
gisse: Sed & Nymphas olim Sanctissimas Dulcissimasq; voca-  
tas, Fontesq; diuinitatis titulo ornatos.

Coronidis loco sit verus aquarum usus, quem prudentiæ  
plenum brevis exhibet titulus:

N Y M P H I S. L O C I

B I B E. L A V A

T A C E

Silentium verò præcepit Nympharum studio, quod & ipsa  
Nym-

Nympha eleganti desiderat Epigrammate:  
 HVIVS. NYMPHA. LOCI. SACRI. CVSTODIA. FONTIS  
 DORMIO. DVM. BLANDÆ. SENTIO. MVRMVR. AQVÆ  
 PARCE. MEVM. QVISQVIS. TANGIS. CAVA. MARMORA. SOMNVM  
 RVMPERE. SIVE. BIBAS. SIVE. LAVERE. TACE

## CAPVT XXVII.

## HORTOS COLENTIVM VOTA.

**Q**uum nihil ad Hortorum ubertatem æquè conferat  
 ut aquarum undæ ac Fontes; præter Vota Nymphis  
 facta, Veneri quoq; veluti eorum tutelæ si veteribus  
 fides & florum ac deliciarum matri, ut scitè Plau-  
 tus, frequentia offerebantur munera. Documento est Inscri-  
 ptio in pariete hortorum Sallustianorum, ubi vestigia Templi  
 Veneris angusta etiam tempore Smetij exstabant.

M. AVRELIVS. PACORVS  
 M. COCCEIVS. STATOCLES  
 ÆDITVI. VENERIS. HORTORVM  
 SALLVSTIANORVM. BASEM. CVM  
 PAVIMENTO. MARMORATO  
 DEANAE  
 D. D. D

Hinc venustè, ut omnia, Musarum delitiæ Politianus Eleg. de  
 Violis:

*Formosa à viola, Veneris munuscula nostra,  
 Dulce quibus tanti pignus amoris inest.*

Floribus pariter tres alios præficebat veterum vanitas,  
 Forculum, Cardeam, & Limentinum, referente D. Augustino  
 Lib. iv. de Ciuit. Dei Cap. viii. Quin ipsa nominis ratio in  
 argumentum est, Stirpes olim Numinibus dicatas. Parthe-  
 nium quippè Mineræ, quæ *παρθένος*, id est, Virgo dicta, sa-  
 cratam tradit Dioscorides Lib. iii. Cap. 156. Nec plebeis

Y 2 dun-

duntaxat animis ea in sedis cura, sed & Viros maximos ac nuntius in his loco habitos ad se traxit, qui florum loco gratos longè petitos odores suæq; maiestatis monumenta Dijs sacrarunt. Plinij verba sunt Lib. xii. Cap. xix. Coronas ex cinnamo in terra sili auro inclusas primus omnium in templis Capitolij atq; Pacis dicitur Imperator Vespasianus Augustus.

Priapo sua item Olitores organia; fructus simul Pani offerebant ex Epigrammatum Lib. vii. Cap. 14. Priapus enim Hortorum custos vigil colebatur. unde vetus marmor perlegans:

HORTORVM. CVSTODI. VIGILI  
 CONSERVATORI. PROPAGINIS  
 DVN. TVA. POMIFERVM. CVSTODIA. PROTEGET. HORTVM  
 TERRORI. ET. INFESTIS. FVRIBVS. INGVEN. ERIT  
 LAMPSACIOS. MELIOR. NON. IMBRET. HOSTIA. CVLTROS  
 QVAM. VENIET. NOSTRA. VICTIMA. CÆSA. MANV

Versus me hercle sapidissimi. Quid enim significantius, quàm cultros splendentes ac bene deterfos dixisse Lampfacios? Lampfaci sanè urbis nomen doctiores Grammatici non malè, nec longè nimis petita notatione duxerunt à λαμπράω, quod nobis est Splendeo. Huius sacra vii. Cal. Augusti celebrabantur. Ad quæ alludit Prudentius contra Symmachum:

Hic deus è patrio prænobilis Hellesponto  
 Venit ad usq; Italos, sacris cum tu pibus hortos  
 Sinum lactis, & hæc VOTORVM liba quotannis  
 Accipit, & ruris servat vineta Sabini,  
 Turpiter adfixo pudeat quem visere ramo.

Item Floram quàm Floribus præesset, Votis placabant. Hinc Florealia Festa, & Ludi Floreales impudico ritu persoluti, in quibus omnia semina spargebantur, ut Tellus, veluti muneribus placaretur, sicuti ad Persium Satyra v. meminere Cornutus: Et Ovidius Fastor. Lib. v.

Con-

*Conuenere Patres: et, si bene floreat annus,  
 Numinibus nostris annua festa uolent.  
 Annuus VOTIS, Consul cum Consule ludos  
 Posthumio Lanas persolvere mihi.*

Nec tacenda hęc dona, quamquam vilia, quibus Vota Ver-  
 tumno facta ornabantur, de quibus Propertius Lib. iv.  
 Eleg. 11.

*Inscor hic soluit pomosa Vota corona,  
 Cum pyrus inuiso stipite mala talit.*

## CAPVT XXVIII.

## PASTORVM VOTA.

**P**ales Dea Pastorum suos innent cultores, qui pro inco-  
 lumitate pecorum ei uocabant. unde etiam Festa Pa-  
 rilia, vel Palilia apud Romanos inuenio. Sic Caligula,  
 Suetonio teste Cap. xvi. *Decretatum fuit, ut dies quo ce-  
 pisset Imperium, Palilia uocaretur, uelut argumentum rursus condita V. bis.*

De Pastoribus in Melibeo Virgilius:

*Hic arguta sacra pendebat fistula pinu.*

Apud Tibullum pariter Lib. ii. Eleg. v. *fistula Pani Deo sa-  
 crata:*

*Pendebatq; uagi pastoris in arbore VOTVM  
 Garrula siluestri fistula sacra Deo.*

Nemesianus Ecl. 1. expressius:

*Iam mea ruricole dependet Fistula Fauno.*

Eidem ex armentis hœdum obtulit Biton Epigram. Libri cita-  
 ti Cap. 7.

Pastoritios Aphros inter Vota, & primitiarum loco, aurem  
 pecudis præcidere, illamq; ceruice aduersa supra domum  
 abijcere: pro noctibus uerò ferta, unguenta, & coronas Ve-  
 neri aut Cupidini dona ferre tradit Herodotus Lib. iv. Nec  
 dubito, quin armentorum simulacra Dijs suis obtulerit rudis  
 sim-

simplicitas. Huiusmodi namq; sunt omnino fictilia boum ac veruecum capita in Museo Viri eximij Io: Baptistæ Casalis: quæ anathemata fuisse anfa mihi fidem facit ijs apposita, quæ commodiùs parietibus iungi poterant.

## CAPVT XXIX.

## VENATORVM VOTA.

**I**Nter varia ruris oblectamenta Venatio facilè primas tenet Viro dignior, quàm piscatus, aut aucupium. Præterquam enim, quod firma recte valetudini præsidia ministrat, artus laboris tolerantia, militiæ aptos reddit:

— belloq; animos incendit agrestes.

ut eleganter Poëta Æn. VII.

Imo Principum ac Heroum etiam genium ad magna inuitat. Quid enim aliud significat Virgilianum illud:

————— pulcher  
Insidijs cursuq; feras agitabat Iulus.

Et post.

Ipsè etiam eximia laudis succensus amore  
Ascanius, curuo direxit spicula cornu.

Mythici exercitationis huius originem in Nympham referunt, quæ venationi dedita cum in retia incidisset, si vim feræ ipsam acriter insectantis euaderet, Dianæ Sacellum promisit: Quod voti rea ipsi postea extruxit, ut videre est apud Plut. Lib. III. Symp. Cap. postremo. & Lib. de Solertia Animalium. Hinc Latinus Rex apud Maronem Æn. IX.

Tu Dea, tu præsens nostro succurre labori,  
Astrorum decus, & nemorum Latonia custos,  
Si qua tuis unquam pro me pater Hyrtacus aris  
Dona tulit, si qua ipse meis venatibus auxi  
Suspendere tholo, aut sacra ad fastigia fixi,  
Hunc sine me turbare globum, & rege tela per auras.

Ex-

Expressius Lib. 11. Eleg. XIX. Propertius:

*Ipsē ego venator: iam nunc me sacra Dianae  
Suscipere, & Veneri ponere vota iuuat.*

id est, figere dona.

Quænam hæc fuerit, exponit Leonides Alexandrinus Lib. Epigram. aliquoties laudati. Cap. XIII. Pharetra nempe, Arcus, & Sagittæ. Credo etiam Retia, & Venabula. Quò alludens Claudianus 4. Honor. Consul.

*Tibi sæpe Dianæ  
Mænalios arcus venatricesq; Pharetras  
Suspendit puerile decus.*

Verùm & prædæ pars oblata. Huc facit Poetæ illud Ecl. VI. 1. vers. 33.

*Setosi caput hoc apri tibi, Delia, paruis  
Et ramosa Mycon viuacis cornua cerui.*

Atque imprimis Cornua. Vnde Liuius Lib. 1. Bos in Sabinis nata cuidam patrifamilia dicitur miranda magnitudine ac specie (fixa per multas ætates cornua in vestibulo templi Dianæ monumento ei fuere miraculo) habita, ut erat res prodigij loco est. Symmachus itidem Lib. V. Epist. 66. Honori Numinum datur cornua sacrare ceruorum, & aprinos dentes liminibus affigere. Addit Interpres Aristophanis: Consuetudo fuit venatoribus, partem prædæ, vel caput, vel pedem, affigere clauo in quadam arbore, in honorem Dianæ.

Occasionem huius ritus ex Scholiaste Pindari suis in Anthologiam Notis hanc tradidit Brodæus: Creditum ab antiquis Dianam Idibus Augusti venatu abstinere, ideoq; nec venari tunc, cessante Dea, licuisse, sed coronari consuetos canes, facesq; accendi spicatas, iuxtaq; suspendi quicquid erat venatoriorum instrumentorum.

Dianæ verò sacra candidæ Ceruæ immolatione peragebantur. Quamobrem de Iphigenia scitè Ouidius

*Candida, qua semel est pro Virgine caesa Diana  
Nunc quoque pronulla virgine cerua cadet.*

## AVRIGARVM VOTA.

**N**on minima aurigantium gloria in Equis erat. Inde Hipponam Equorum prouidam Stabularij colebant, cuius simulacrum locabatur in stabulis. unde Iuuenalis Satyra VI II. versu 153.

*———— iurat.  
Hipponam & facies olida ad praesepia pictas.*

Vbi Adrianus Turnebus Aduers. Lib. xxiv. Cap. 4. Eponam rescribit, contendens nec Hippo, nec Hipponam legi posse, sed in puluerulentis Bibliothecarum Iuuenalibus Eponam reperi.

Qualiter Prudentius in Apotheosi:  
*Nemo Cloacina, aut Epona supra astra Deabus.*  
Et Plutarchus in Parallelis *ἵππων* usurpauit. Quæ profecto coniectura omnino probabilis, cum geminam pro hac sententia videam Inscriptionem. Quid enim hisce clarius?

DEÆ. EPONÆ. M. OPILIVS. RESTIO

&c.

V. S. L. M.

Et:

CAMPES. ET. EPONÆ

&c.

V. S. L. L. M.

Sic igitur restituendus planè florentissimi Tertulliani in Apolog. Cap. xvi. locus, ubi hunc superstitionis ritum fanaticis istis merito exprobrat. *Kos tamen non negabitis & iumenta omnia & cunctos canterios cum sua Epona coli à vobis.*

Hanc coronis roseis ornatam Apuleius fingit Lib. III. de Asino aureo: *Respicio pila media, qua stabuli trabes sustinebat, in ipso ferè meditallio Hipponæ Deæ simulacrum praesidens adicula, quod accuratè corollis roseis recentibus fuerat ornatum.*

Av-

AVRIGÆ autem non solum huic Deæ Vota soluebant, sed Neptuno etiam Equorum ornamenta, ceteraq; quæ actoribus in ludis usui, dicabant. Variorum Epigr. Lib. 6. Cap. 2. Epigr. 1. Vbi Neptunus auctore Lactantio Lib. vi. Cap. xx. Circi præses erat, ut Deus Equestris ἵππιος Græcis nominatus ab Equis, teste Porphyrio de Abst. Lib. 111. Nominis rationem reddit Festus: *vel quod Pegasus ex eo & Pegaside natus sit: vel quod equuleus, ut putant, loco eius suppositus Saturno fuerit, quem pro Neptuno deuoraret: vel quod tridentis in terra equum excierit. cui ob hoc in Illyrico quaternos equos iaciebant nono quoque anno in mare.*

Atque eo in loco Mercurij Statuam ad Carceres positam fuisse innuit ibidem Epigram. 2. Ita apud Pindarum Isthm. Od. 2. rectè fingitur Neptunus Xenocrati Isthmiam victoriam præbuisse. Hinc facilè intelligitur Hippocratis de morbo sacro locus: *Si auctiorem & vegetiorem vocem edat æger, equo similem esse dicunt, & ad Neptunum causam referunt.*

Ludi verò Circenses fiebant in honorem Neptuni, quem Censum appellant, quibus agitabatur Troia; Ludus scilicet Equestris adolescentiæ, cuius meminit in Augusto Suetonius. de quo intelligendum esse libelli de Theriaca ad Pisonem Galeno ascripti auctorem non obscuris argumentis eruditè conijcit Gaspar Hofmannus Variarum Lectionum Lib. vi. Cap. v.

Sed & Venus ἑοιππος, hoc est, *Equestris* Aneæ iussu dicta fuit, cum ipse post longa navigationis rœdia littori redditus tandem equum conscendens matrem Venerem tali effigie coluerit.

## CAPVT XXXI.

## PISCATORVM VOTA.

Veterum opinione Pisces in Deorum numerum relatos fuisse tradit Xenophon de Chalo fluuio verba faciens:

Z

Eras

Erat is mansuetis piscibus refertus, quos Syri pro Dijs habebant. Neque ledi eos patiebantur, sicuti ne columbas quidem. Quem secutus Cicero de Natura Deorum Lib. III. Piscem (inquit) Syri venerantur. Noluerunt enim ut canit Ovidius I. Fastorum.

———— genus hoc impouere mensis,

Nec violenti timidi piscibus ora Syri

Verebatur scilicet natio hæc superstitiosa, ne si hisce animalibus vescerentur aliquod sibi membrum à vindicta Deæ Veneris intumesceret, aut ulceribus scateret, neve iecur tabesceret. Venerem autem, dum Typhonem fugit in piscem conuersam, indicat Manilius Astrorum. Lib. IV.

Scilicet in Piscem sese Cytherea nouauit,

Quum Babiloniacas summersa profundit in undas

Anguipedem alatis humeris Typhona furentem,

Inseruitq; suos squamosis piscibus ignes.

Quod igitur piscatu vivebat, apud Romanos non utiq; vile erat hominum genus. Etenim, monente Fest. Piscatory Ludi quotannis mense Iunio trans Tiberim fieri solebant à Pratore Urbano pro Piscatoribus Tiberinis, quorum quæstus non in macellum peruenit, sed ferè in arcam Vuleani, quod id genus pisciculorum viuorum datur ei Deo pro animis humanis. Quinimo sua etiam Vtensilia Piscatores Artis Regi vouebant Cap. 3. Epigram. I. hoc est, Neptuno Nympharum & Fluuiorum Patrono, quem Lubino interprete Architalassum vocat Philippus Epigram. X. Mercurio itidem Epigram. 2. & 3. Priapo verò Pisces suspendebant. Epigram. XII. quemadmodum & Pani Deo Cancrum Copalus, piscationis primitias. Epigr. XIV.

Taceo præter insigne emolumentum huius exercitij iucunditatem, quo delectati olim hodieq; Viri Principes. Suetonius de Nerone notat, quod piscatus est rete aurato, purpura cocchioq; funibus nexis. Ingentem rei accessionem manifestat memoria sanè dignissima vetus Inscriptio posita Piscatorum Patrono, quam procul dubio ille ipsorum Collegio debuit.

TI. CLAVDIO. ESQVIL. SEVERO  
 DECVRIALI. LICTORI. PATRONO  
 CORPORIS. PISCATORVM. ET  
 VRINATOR. QQ. III. EIVSDEM. CORPORIS  
 O. B. M. E. R. I. T. A. E. I. V. S.  
 QVOD. HIC. PRIMVS. STATVAS. DVAS. VNAM  
 ANTONINI. AVG. DOMINI. N. ALIAM. IVL  
 AVGVSTÆ. DOMINÆ. NOSTR. S. P. P  
 VNA. CVM. CLAVDIO. PONTIANO. FILIO  
 SVO. EQ. ROM. ET. HOC. AMPLIVS. EIDEM  
 CORPORI. DONAVERIT. H. S. X. MILIA. N  
 VT. EX. VSVRIS. EORVM. QVODANNIS  
 NATALI. SVO. XVII. KAL. FEBR  
 SPORTVLÆ. VIRITIM. DIVIDANTVR  
 PRÆSERTIM. CVM. NAVIGATIO. SCA  
 PHARVM. DILIGENTIA. EIVS. ADQVISITA  
 ET. CONFIRMATA. SIT. EX. DECRETO  
 ORDINIS. CORPORIS. PISCATORVM  
 ET. VRINATORVM. TOTIVS. ALV. TIBER  
 QVIBVS. EX. SC. COIRE. LICET. S. P. P

## CAPVT XXXII.

## ARTIFICVM DONARIA.

**D**iuersa Artificum Collegia suos habuisse Deos tute-  
 lares, quibus suum quæq; cultum præstabant, nullum  
 est dubium. Fuisse tamen inter eos video, qui sui  
 muneris memores exacto opere instrumenta, quibus  
 uti fuissent feliciter, Deo cuiusdam priuatim dicabant. ut è  
 multis paucos recenseam, quorum iam mihi subuenit memo-  
 ria. Textores, Radium, ceteraq; ad Lanificium necessaria  
 Mineruæ sacrarunt Cap. 8. Epigram. Eidemq; Mineruæ arti-  
 ficiorum præsidi Epeum Heroa consecrantem Securim, qua

Z 2 ipse

ipsetum Faber lignarius Equum Durium doedale fabricavit Troianis exitialem, tum etiam Miles hostilis Urbis turritos muros ac vertices disturbavit, Simmia Rhodius suo Poematio inter Donaria celebrat. Qua de re in sui ad Securim Epei commentarij Cap. xi. eruditè admodum & diligenter primus nostri ævi Philosophus Fortunius Licetus. Ita Hippocrates Cous, qui à medendi peritia diuinos honores meruit, membris fractis motisq; feliciter restitutis, Pausania teste in Phocæis, Apollini Delphico Sceleton æneum gratitudinis monumentum di cauit.

## CAPVT XXXIII.

*VOTA pro Egrotantium salute.*

**I**Nter cætèra eorum frequentissima occurrunt Vota, qui morbis diuersis corporisq; vitijs affligebantur. Hi enim non secus ac naufragi ægritudinum imbribus variè iactati opem implorabant, receptaq; valetudine non modò grati animi indicio Vota soluebant, verùm qua etiam ratione id contigerat, tabulis significabant appensis Templorum parietibus. Tibullus Lib. i. Eleg. iij.

*Iam posse mederi*

*Picta docet templis multa tabella tuis.*

Etenim fides veterum monumentis accepimus, ægros in Æsculapij Fano non tantùm in Dilli Sospitatoris honorem, sed in Asclepiadarum quoq; gratiam sua nomina parietibus affixisse, iuxtaq; addidisse mali speciem, etiam secretioris; qualis ridicula Voti solutiò apud Auct. Priap., nec fuisse, quibus profecerant, auxilia; atque inde natum esse mirandum Hippocratis Coi Opus, quod ei consentiente tot seculorum decreto diuini cognomen peperit. Nimirum, quæ ille veluti oracula inde pròdidit, summaq; ratione in præcepta digessit, experientia posteris longo usu confirmavit. Adcò religio in ma-  
gi-

gisterium transijt, sine quo parum firma sunt mortalibus valetudinis præsidia, aut iucunda, cum  
*non viuere, sed valere vita.*

Coniecturam hanc Eruditorum confirmauit elegantissima Mapheorum Tabula marmorea, quam insignis Polyhistor Medicus Hieronymus Mercurialis Gymnasticorum Lib. I. Cap. I. reliquit, quattuor Inscriptionibus notabilem. Quarum prima Curationem meo iudicio continet Homericam; Secunda & tertia Rationi & Experientiæ congruentem; Postrema verus Empiricam, quas supra Cap. VI I. dedimus.

Ægroti quippè ut olim apud Ægyptios & Babylonicos, referente Strabone Lib. I I I. & XVI. in publicis vijs disponebantur, sic apud Romanos non modò in publicas porticus deferebantur, teste Suetonio in Tiberio Cap. XI. Cuius consuetudinis rationem Plutarchus, in Libello, *An rectè dictum, latenter esse viuendum*, hanc optimè reddidit: *Prisci ægrotos suos in publico ponebant, ut prætereantium quiuis si quid vel ipse eodem morbo confluctatus, vel similiter laboranti opitulatus medela nosset, id ægrotanti significaret. aiuntq; artem hoc modo experientia adiuuante creuisse: Sed & in Templo Æsculapij ac Isis dormiebant, ut vel ab oraculo curarentur, aut per insomnia acciperent monita de morborum curatione.* Hinc in agri Bellunensis Vico Sebatione saxum:

A S C L E P I O

P. AELIUS POLLIO

VISV. MONITVS

POSVIT

Et in marmore nuper apud Rhamusios Patauij nunc Atheste in amœnissimo Illustrissimi Georgij Contareni omnis elegantie studiosissimi horto varijs Antiquitatum monumentis splendido.

ISIDI

SACRVM

EX. MONIT

EIVS. D. D

L. VA-

Iac. Phil. Tomafinus  
L. VALERIVS  
MEMOR  
VI. VIR. AVG  
L. D. P

Ita Galenus magnæ auctoritatis Medicus de Cur. per sangu.  
miss. Cap. 23. *Monitus per quædam insomnia, quorum duo perspicuè mihi  
visa sunt, accessi ad dextra manus arteriam. Et reliqua. Mox: Mi-  
nister Dei Pergami diutino lateris cruciatu laborans liberatus est arteria in  
summa manu incisa, aggressus & ipse illud insomnij monitu.*

Eo accedit Plautus in Curculione Act. 1. Scen. 1.

*Ideò fit, quia hic leno egrotus in cubat*

*In Esculapij Fano.*

Item Act. 2. Sc. 1.

*Migrare certum est iam nunc è Fano foras.*

Plutarchus in Lucullo: Troadem deuectus cum Veneris in Templo  
contubernaret, dormienti ferunt nocte Deam in somnis visam dixisse &c.  
Hinc scitè Petronius: Ipsa quidem illa nocte vexata tam periculoso in-  
horru frigore, ut tertiana etiam impetum timerem. Et ideo medicinam som-  
no petij, iussaq; sum vos perquirere.

Laborantes quippè varijs in Templis detinebantur, ut vi-  
dere est apud Strabonem Lib. viii. Medicos verò in Æde Pa-  
cis tantum disputasse remotis ægris, non sine ratione aduer-  
sus Giraldum Lib. 1. De Dijs Gentium contendit Eruditissi-  
mus Mercurialis Lib. 1. Cap. xiii.

Æsculapio quippè insigne erat extra Urbem in Insula Tibe-  
rina templum à Romanis dedicatum. auctor est Liuius noster  
Lib. x. dum ex Epidauro pestis leuandæ causa ille summa cum  
veneratione eò translatus esset. Addit Suetonius in Clau-  
dio Cap. 25. *Ægra & affecta mancipia in Insulam Æsculapij tædio me-  
dendi imposta. Cur autem in Insula Templum ei dicatum, ex-  
ponit Festus Pompeius Lib. ix. In Insula Æsculapio facta ædes fuit,  
quòd egroti à medicis aqua maxime sustententur. Huic Deo Socrates  
infirmus si conualesceret Gallum vouit, ut est apud Platonem  
in Phædone. Festus verò affirmat Gallinas Æsculapio fuisse*

im-

immolatas: *Causam tetigit fortassis Plutare. de Pythiæ Ora-  
culis, ubi ait: Gallus nuper manu Esculapij piæus matutinum tempus  
significat, & Solis ortum appetentem.* Hunc Urbis Messanæ tutela-  
rem fuisse ostendit Georgius Gualterus in Expositione In-  
scriptionis ibidem repertæ, quam sic è Græco traduxit.

ÆSCVLAPIO

ET. HYGINÆ

SERVATORIBVS

VRBIS. TVTELARIBVS

Hinc lucem accipit in veteris fragmento elegans Romæ ti-  
tulus:

PONTIFICIS VOTIS ANNANT DII ROMANÆ REIP.  
ARCANAQ MORBIS PRÆSIDIA ANNANT. QVORVM NVTV  
ROMANO IMPERIO REGNA CESSERE.

Huic nihil cedit vetus Inscriptio ad Urbem Regiensem in  
Prouincia, qua Esculapio Deo ex voto aureum torquem ex  
gemmis, Enchiridion argenteum, aliaq; dona oblata fuisse,  
constat.

DEO.ÆSCVLAPIO.VALSIMPHORVS.ET.PROTIS SIGNVM.SOMNI  
ÆREVM. TORQVEM. AVREVM. EX DRACVMCVLIS. † .. P. S 7 ...  
ENCHIRIDION. ARGENT. P. S. ANABOLIVM. OB INSIGNEM  
CIRCA. SE. NVMINIS. EIVS. EFFECTVM. V. S. L.

Febri verò inter alios affectus uni apud Romanos fabrica-  
tam fuisse Aram credibile est, quòd nullus hoc ipso morbo vi-  
tæ infensior aut frequentior, ut verè nunc DIVÆ, nunc  
SANCTÆ, nunc MAGNÆ cognomen ei à veteribus fuerit  
inditum. Zamosij indicio apud Transiluanos in saxo est.

FEBRI. DIVÆ. FEBRI  
SANCTÆ. FEBRI MAGNÆ  
CAMILLA. AMATA. PRO  
FILIO. MALE. AFFECTO. P

Huius quoniam ea vis erat, tribus in locis Romæ colabatur;  
in Palatio, in Area Marianorum monumentorum, & in sum-  
ma parte Vicilongi, quo remedia deferebantur: quemadmo-  
dum

dum diligenter satis ex Val. Maximo obseruauit Andreas Ful-  
 tius Antiq. Rom. Lib. 1. pag. 65. & Lib. 11. pag. 101.

Nobilis hic mihi incidit Luciani historia, seu mavis fabula,  
 quam in Philopseude de Statua quadam sic reliquit: *Multi an-  
 te pedes eius oboli iacebant, ac alia quoq; numisma ita nonnulla argentea cera  
 eius cruri affixa, laminaq; ex argento, vota alicuius, aut merces restituit e sa-  
 nitati eorum quos illa febre liberarat.* Plenè profectò & curiosè  
 omnia, quæ ad superstitionis ritum spectant; quænam ea ta-  
 men fuerit nulla mentio. Febris fuisse haud dixerim, quum  
 solis ea Romanis in honore esset: quin potius Æsculapij, aut  
 Hygiæ, cuius venerationem à Græcis institutam, in confesso  
 est.

Etsi verò, ut supra monuimus, à morbo superstites in tem-  
 plo Æsculapij genus morbi pictum suspenderent, & qui nau-  
 fragium euaserant, casum pictum in Templo Neptuni fige-  
 rent, ut ad hunc locum notauit Britannicus; de recepto ta-  
 men more ex Ægyptia superstitione, in templo quoque Isidis, cuius sa-  
 cra præcipua veneratione in Vrbe colebantur, Tabellas ponebant, tanquam  
 quæ mari periclitantibus opitularentur. Et mox: *Quare non immerito  
 Ægyptus nauigium Isidis colit. Quin Europa in Tauro rapta fertur, id est,  
 in navi Tauri figuram habente, auctore Fulgentio.*

His addas licet, in Isidis templo, quod cum Serapide com-  
 mune habebat, loratas quoq; Tabellas ægrotantium, sed po-  
 tissimum honori Serapidis, ut qui Medicinæ Deus, imo insti-  
 tor. Is enim re vera primus pretio medicinæ artem exercuit,  
 quæ primitus gratuita erat. M. Varro in Eumenidibus. *Ego  
 Medicina Serapiutor.* Sic quidem legitur apud Nonium Marcel-  
 lum Cap. xvii. num. 104. At doctissimus Turnebus Lib. 111.  
 Cap. viii. Aduers. legit. *Ego Medicina à Serapiutor.* Idem M.  
 Varro. *Hospes quid miras numo curaret Serapim? Quid? quasi non curet  
 tantidem Aristoteles?* Huc quoq; spectat, illud M. Tullij Lib. 11.  
 de Diuinatione. *Quid conuenit agros à coniectore somniorum potius  
 quam à Medico petere medicinam. An Æsculapius, an Serapis potest præ-  
 scribere per somnium curationem valetudinis?* Eodem certè Isidi cum  
 Se-

Serapide habitos fuisse honores suadet vetus monumentum  
Albæ Iuliæ in Transilvania erutum, cuius inscriptionem ad me  
Roma misit nobilissimus Vir Io: Baptista Doni:

ISIDI. ET. SERAP.

SACRVM

EX. VOTO

PRO. FILIOLI. SALVTÆ

SVSCEPTA

SAVRANA. FECIT

Imo cognomen Magni meruisse indicat vetus fragmentum

PRO. SALVTÆ. IMP. CÆS

M. AVR. ANTONINI. AVG

PII. FEL. P. P

VOTO. SVSCEPTO

DEL. MAGNI SERAPIDIS

TEMPLVM. COLVMNIS

.....

ORNARI

&c.

At quoniam nihil ad valetudinem magis confert quàm ani-  
mi hilaritas, huius præses non ineptè dicebatur Serapis; quæ  
nominis appellatione Egyptij hilaritatem significabant. Quæ  
enim latinis erant *hilaria*, Egyptij vocabant *Sairen*.

Quis tamen Serapis fuerit ab eruditis dubitatum non mi-  
ror, cum varia eius perh beatur origo. Alij nempe, Suida  
teste, Iouem putabant, alij ut Archemachus Euboensis &  
Heraclides Ponticus apud Plutarchum Lib. de *Iside & Osiride*,  
Plutonem, seu Proserpinam, alij Iosippum, alij Nilum, alij  
Apin Regem Memphios, cui Alexander templum erexisse  
fertur. Mihi si quid in hac varietate diuinandum fuerit, magis  
arridet Iulij Firmici sententia, ut vero similior: quam propter-  
ea integram hic inferere libuit. *Ioseph est Iacobi filius, qui ob pud-  
icitiam in carcerem missus, ereptus post interpretationem somnij, fuit parti-  
seps regni: nam septem annorum collectis & seruatis frugibus, alterius se-*

A a


ptennij

ptennij egestatem diuina manus providentia mitigauit. Huic post mortem, Egyptij, patrie gentis suae instituto, templa fecerunt: & ut iustam dispensationis gratiam posteritas disceret, quomodo esurientibus & ementibus frumenta diuiserat, cupitis super positus est. Nomen etiam, ut sanctius coleretur, ex primo auctore generis accepit. Nam quia Sara pronepos fuerat, ex qua nonagenaria Abraham indulgentia Dei suscepit: filium, Serapis dictus est, graeco sermone hoc est Ἐραπίσ ἀπὸ. Sed hoc inuito Ioseph accidit, imo mortuo. Neq; enim ad hoc facinus religiosus animus & Deo summo dicatus adduci potuisset, ut erroris illecebras ex nomine suo superstitionis hominibus ipse preberet, praesertim cum sciret haec esse in Dei sacrosanctis legibus, ne quis hominum tale aliquid aut veneretur, aut coleret.


Vnum hoc auctarij loco omnino adijciendum censeo, valetudini restitutos non solum per morbum Vota sponte peregisse, sed etiam post recuperatas vires aliorum monitis munera Dijs obtulisse. Quod ut credam, suadet egregius Hippocratis locus Lib. de ijs quae ad Virgines spectant. qui Foesio interprete sic habet: Redeunte ad mentem homine, mulieres cum alia multa, tum vero etiam pretiosissimas vestes muliebres Dianae consecrant, à Vatribus id iuuentibus deceptae. En liberum optimi senis candorem, qui fucum aegris factum silere nefas duxit, ubi maior erat medicinae, quam opinionis necessitas. Quid verò Vatum nomine voluerit Hippocrates, optimè in eiusdem de Victu in acutis Librum notauit Galenus, ubi Augures fuisse ostendit. De quibus ad Hippocratis mentem egregiè Columella Rei Rust. Lib. 1. Cap. xii. Aruspices vana superstitione rudes animos ad impensas compellunt. At verò diuinè Hippocrates Lib. de morbo sacro: Qui incantationibus uiuntur, meo iudicio sceleratissimum, & maxime impium diuinum numen faciunt.

Quae verò haec fuerint dona, paucis circumspicendum. Theodoretus octaua Therapeutica narrat veterum Christianorum morem fuisse, qui conualuerant, partis affectae imaginem ex auro & argento aliave materia illi sancto suspendisse, cuius ope se sanatos putabant, quod adhuc passim seruari videmus. In hunc modum Philisteis Arcam Domini retinentibus

bus



E. MVSEO EMINENTISS. CARD. FRANC. BARBERINI



derun.  
ofas du  
vid

EMINENTISSIMO CARD. FRANC. BALSARIN

bus auctores fuere Sacerdotes Anos aureos & Mures aureos cum Arca remitterent, ne ulterius in eos fauaret manus Domini, Regum i. Cap. vi. vers. v. Simile quid fecisse fictorum Numinum cultores, testatur Icuncula Hydropici fictilis è Museo Eminentiss. Cardinalis FRANCISCI BARBARINI Principis nunquam satis laudati: quam eleganter & verè expressam addo. Morbi speciem doctè tangit Horatius 2. Carm. 2.

*Crescit indulgens sibi dirus Hydrops,*

*Nec sitim pellit, nisi causa morbi*

*Egerit venis, & aquosus albo*

*Corpore languor.*

Nec aliud indicare videtur caput eiusdem operis occipite cauatum è Io: Bapt. Casalis Museo, quam mulierem oculis forsitan captam hoc recepti visus monumentum Saluti appendisse.



Huc facit elegantissimus Macrobij locus Lib. 1. Cap. 12. Duodecimo (Calendarum Ianuariarum) ferie sunt Diæ Angeronia, cui Pontifices in Sacello Voluptæ sacrum faciunt, quam Verrius Flaccus Angeroniam dici ait, quòd angores ac animorum sollicitudines propitiata depellat. Masurius adijcit, simulacrum eius Deæ ore obligatio atque signatio

Aa 2 in

*in ara Voluptia propterea collocatum, quod qui suos dolores anxietatesq;  
dissimulant, perveniant patientia beneficio ad maximam voluptatem. Iu-  
lius Modestus ideo sacrificari huic Deae dicit, quod a populo Romanus mor-  
bo, qui Angina dicitur, praemisso VOTO sit liberatus.*

AMICOS etiam pro se suisq; Dona Dijs obtulisse video.  
Vnde Claudianus Lib. II. in Stilicone.

*Hinc amor, hinc veris, & non fallacibus omnes  
Pro te solliciti Votis.*

Argumento est vetus Inscriptio S. Aegidij Oppidi Pafanelli  
in agro Fulginate à laudato Viro Io: Baptista Doni ex suis  
collectaneis mihi transmissa.

E X. V O T O. D O N V M  
P O S V I T. C. T E T T I V S  
F E S T V S. P R O. S E  
E T. S V I S. L. D. D. D

Certis eiusmodi vota Numinibus peculiariter soluebantur,  
atque in primis Ioui Optimo Maximo.

I O V I. O. M  
T E R T I V S. B I V V O  
P R O. S A L V T E  
P E T R O N I I. M E R V L Æ  
P. P E T R O N I I. F  
V. S

Elegantius, Conuenis in Saxo legitur:

I O V I  
S A L V T A R I  
V L P I A N V S  
G R A V I. I N F I R M I  
T A T E. L I B E R A T V S

Soli pariter:

S O L I. Æ T E R N O  
S A C R V M  
P R O. S A L V T E. P. V A L E R I I. C R I S P I  
&c.

Item

Item Mineruæ votum pulcherrimum lego non longe à Tre-  
bia :

MINERVÆ  
MEMORI  
COELIA. IVLIANA  
INDVLGENTIA  
MEDICINARVM  
EIVS. INFIRMITATE  
GRAVI. LIBERATA  
D. P.

Cui Deæ titulum MEDICÆ attributum video Placentiæ :

MINERVÆ. MEDICÆ  
CABARDIÆ  
VALERIA. SAMMONIA  
VERCELLESIS. V.S.L.M

Item Dianæ:

DIANÆ. SACR. PRO. SALVT  
A. TAPETI. ANTONINI. TENAX  
V. S. L. L. M

Iunoni etiam, Isidi, Herculi, alijsq; Dijs ac Deabus Vota le-  
guntur fusa, quæ passim apud Gruterum extant.

Sed & pro ijs, quorum deplorata videbatur Salus, Amici  
VOTA faciebant. Propertius Lib. II. Eleg. IX.

*Hæc mihi Vota tuam, propter suscepta salutem,*

*Cum capite hoc Stygia iam peterentur aquæ*

*Et lectum flentes circum staremus amici.*

Clarius & magis in VOTI speciem Poeta Comicus in He-  
cyr.

*— malè metuo, ne Philomena magis*

*Morbus aggrauescat. quod te Æsculapi.*

*Et te salus, ne quid huius sit, oro.*

Sic

Sic ægrotante Nicanore Aristoteles, ut tradit in eius vita Laertius, ex voto pro eius incolumitate testamento iussit statui *Animalia lap. dea cubitorum quattuor Ioui Seruatori, ac Minervæ Seruatrici in Stagiris*. Huius generis videtur, quod Veronæ in veteri cippo est apud Comitem Iustum. Ex quo patet votum ab alio factum pro eo exsoluisse amicum.

L. RENODIVS

PLANTA

FLAMEN. VOVIT

MANISNAVIVS. POSVIT

Imo de publica salute Vota Dijs soluta constat ex veteri marmore, cuius apud Luc. Faunum memoria:

SECULO. FELICI. ISIAS. SACERDOS. ISIDI  
SALVTARI. CONSECRATIO

CAPVT XXXIV.

SENECTVTIS VOTA.

**F**atali lege quicquid sub uniuerso Cœli ambitu est nihil durabile ostēdit præter supremum Opificem, cuius nutu & arbitrio standum. Homo autem ut mentis consortio Deo proximus ceteris animantibus præstat, sic durum illud naturæ imperium fert grauissimè, dum ob repente sensim ætate eneruantur vires, ob fatiscentem calorem, qui nectare suo defectus semetipsum conficit, quemq; iure senium dixere sapientes, & quidem, ut ex Næuio Nonius Marcellus, Sonticum, hoc est, uniuerso corpori perpetuò nociuum. Tagem eloquentiæ parens Tullius memorat puerili specie visum, sed prudentia senili. Mens tamen languente ad extremum corporis domicilio senio fluxa redditur, unde & in senibus fidem inuenit decantata veterum Poetarum fabula de Tithono, qui senecta ætate repuerascens in cunis quieuit. Senectus igitur

naturalis quum nihil nisi squalor & tristitia , magni Aristotelis sententia verè morbus est, qui inevitabile mortalibus exitium accelerat . Nec alia de causa factum puto, quod senes Votorum adeò parci fuerint , ut fermè nulla vel certè rarissima eorum indicia , quàm quòd inter spem metumq; hærentes dubij de oblectamentis vitæ puerorum modo in diem fuerint solliciti, puta quibus factò per exequias silicernio extremum illud VALE æquis auribus hauriendum erat : unde nobis etiam stilius hic arctior indulgendus . Eos tamen grauioris morbi viâ præsentientes Lunæ lectum, & Cubiculi tegumenta vouisse auctor est Isidorus Scholasticus Cap. 3. Epigr. 1.

Templa , quæ Senectuti tamquam præcipuo Numini, apud Gades dicata memorat Arrianus de Gestis Alexandri , suis forsàn etiam donis auxerunt .

## CAPVT XXXV.

*Vota Dijs Manibus oblata.*

**N**Vlla gens adeo fera vixit aut barbara , cui iucundissimo cæli aspectu natura non indidit obscurum saltem immortalitatis sensum . Vt enim piè Seneca Epist. 103. *Iuuabat de immortalitate animorum querere , imò credere .*

Proinde sublato è viuus homine superstites amici nihil solemnus habebant, quàm Manes Votis persequi, ut defuncti Inferos sibi Deos pacatiores inuenirent . Etsi enim, Nonio teste, Dei Manes boni & prosperi veteribus habiti , quòd melior mors sapientioribus, quàm vita probetur; sintque, ut Apuleius de Socratis Dæmone censet , animæ melioris meriti, quæ in corpore nostro Genij dicuntur : quum tamen apud eos communi sententia receptum esset locum sub terris pœnarum reperiri , varijs nominibus sæua hæc Numina placare nitebantur . Quibus Mortam Lacedæmones, & Hispani ; alij Parcas, quod minimè parcentes , & Fata , Deasq; fatales addebant . Ita Nemausi :

P A R C I S

V A L E R I V S . H Y B R

V . S . L . M

Et Valentiae Hispanorum:

F A T I S

Q . F A B I V S

N Y S V S

E X I M V O T O

Accessit his Funus, exsequia, Dea Libitina, Nænia, Orcus, Pluto, Sumanus; ceteraq; Deorum ac Dearum turba, quam Rom. Suadae princeps Tullius Lib. 111. de Natura Deorum longa serie enumerat. Porrò quum soluta animo corpora non minus, quam animæ ipsorum tutelæ subesse crederentur, præter Votorum solemnia Manes lustrabant, maximèq; istorum quibus sacra fuerant interdicta, quiq; inferorum cruciatibus deuoti. Quemadmodum verò Dijs Superis sacra facturi corporis ablutione purgabantur, ita cum Inferis litandum esset, satis actum videbatur, si aspersio sola contingeret. Inde apud Virg. mirandi operis Lib. 2. sic ad patrem Aeneas:

*Tu genitor cape sacra manu, patriosq; penates*

*Me bello è tanto digressum, & cade recenti*

*Attrectare nefas, donec me flumine vino*

*Abluero.*

De eodem Proserpinæ apud Inferos ramum consecraturò sic Poeta Æn. VI.

*Occupat Aeneas aditum, corpusq; recenti*

*Spargit aqua, ramumq; aduerso in limine figit.*

Ritum hunc prosequitur doctissimus Poeta:

————— *stant Manibus ara*

*Cæruleis mastæ vittis atraq; cupressu.*

Epulæ etiam ad tumulos institutæ vetustissima consuetudine. Qualia in Phegorij sacris erant sacrificia, quorum meminit Moses, & Psalmo 105. Propheta Regius, dum ait: *Comederunt sacrificia mortuorum.* Victimæ Dijs Manibus seu Ioui Stygio

ma-

maſſe nouendialibus ferijs iuſta facientes tradit Cl. Selde-  
nius operis eruditiffimi de Dijs Syris Syntag. 1. Cap. 5. Quod  
ſub occaſum Solis factum notat Apollonij Interpres. Eaq;  
ſacrificia vino conſperſa reperio. Ita Suetonij fide Tib. Clau-  
dius Parentibus inferias publicas curauit: Caligula etiam ma-  
tri ſtratriq; Inferias annua religione inſtituit. Huic ſolemnita-  
ti dicatum fuiſſe tempus hibernum colligo ex Macrobo. in Som-  
ſcip. Lib. 1. c. 12. *quia in Leone ſunt rudimenta naſcendi, & quadam  
humane nature tyrocinia: Aquarius autem aduerſus Leoni eſt, & ille oriente  
mox occidit: ideo cum Sol Aquarium tenet, Manibus parentatur, ut pote in  
ſigno, quod humane vite contrarium vel aduerſum feratur.* Annua v. pa-  
rentalia facibus honeſtata meminit in Auguſto Tranquillus.  
Quin etiam oſcula urnis impreſſa oſtendit Clariff. Barthius  
Aduerſ. Lib. 41. Cap. 3. Extremum hoc officium eleganter  
ſub perſona Euryali tetigit Maro diuini operis IX.

*Sit qui me raptum pugna, pretio ve redemptum,  
Mandet humo ſolita, aut ſi qua id fortuna vetabit,  
Abſenti ferat inferias, decoretq; ſepulcro.*

**DONARIUM** Manium Cap. 23. attulimus, nec alieno labore  
noſtrum hunc fundum ampliare animus eſt, ubi numeroſa Epi-  
taphiorum ſeges ab eruditis congeſta curioſis ſatisfecerit:  
in quorum fronte nihil frequentius quam illud D. M. aut ex-  
plicitè DIS. MANIBVS. Quem titulum quandoq; omiſſum  
ſuadet locelli marmorei prima facies, qui inter varias ſpectatæ  
magnitudinis arcas marmoreas effoſſus Patavij, dum religioſis  
ad S. Stephanum Virginibus Templum ex fundamento ſtrue-  
retur: quo loco reſpoſitos fuiſſe olim demortuorum cineres  
teſtantur frequentiores urnæ in vicinia effoſſæ, quibus ſuam  
ædium aream in rei memoriam exornauit Vir ampliffimus  
Io: Dominicus Sala nobiliſſimæ gentis ſuæ atque imprimis  
Gymnaſij noſtri decus. Monumentum illud in Cœnobij hor-  
tis parieti inſertum ſpectatur. cuius mihi titulum dedit gene-  
ris ſplendore atque inſigni rerum uſu animiq; in omnes pro-  
bitate inter noſtros Patavinos conſpicuus atque ad publica

natus Vifatus de Vrfatis Eques, sacri loci Protector

MIV PVBPCIVS  
FESTVS. D. D.

Id monuisse operæ est, quod hisce sacris etiam interuenit supplicatio: quam refert veteris saxi fragmentum non ita dudum ad radices montis Vendæ inter Euganeos altissimi repertum, ubi nunc Castri Noui pagus olim incolis frequens, in quo apud Illustrissimum, & Reuerendissimum Petrum Contarenum S. Zenonis Abbatem hæc legebantur:

P. O. R. G. L. I. A. N. O.  
P. O. T. A. V. G. V. R.  
M. A. R. I. T. O. S. A. N. C. T. I. S.  
A. V. L. A. P. L. A. C. I. D. I. A. T.  
V. X. O. R. P. I. E. N. T. I. S. S. I.  
E. T. S. O. L. E. M. N. I. T. E.

S. V. P. P. L. I. C. A. V. I. T.  
V. I. X. A. N. L. I. I. M. V. D.

C. A. P. V. T. X. X. V. I.

*Seruorum, & Ancillarum VOTA.*

**S**ERuos in censum venisse eorum, qui sese Votis obstrinxerunt, dubitari meritò posset, nisi veteres hic nobis scriptores præluxissent. Quamuis enim subiectus tristis seruitio animus nihil liberaliter agere, aut liberè cogitare valeat: plurimos tamen ex ijs, qui ne in sua quidem erant potestate, sua Dijs, quantumvis vilia, obrulisse dona, ex ijs luce clarius est, quæ de Villicis ceterisque infimæ fortis hominibus ad nostrum institutum protulimus. De Libertis res planior est, quàm ut quicquam anxie probemus: eorumque vota loquuntur

quuntur passim saxa nobis bono fato relicta. Nec dubium est, quin Lautiores serui pro sua conditione animum Dijs gratum probauerint. Quin etiam infimi; quorum fortassis Anathemata fuere, quæ suo loco diximus, fictilia. Popularibus namq; sacris cuiuscumque conditionis nemo excludebatur. Ideoq; nec Serui, ut homines, iisdemq; seminibus orti: maxime, quum fugi libertatem peculio, aut Domini liberalitate acquisuissent. Inde mancipia sui iuris facta catenas Laribus, & Annulos ferreos Saturno suspendebant; in Templo forsan Libertatis, quod Senatus Rom. in Jul. Caesaris gratiam publico decreto erexit. Quamuis ex vetustis in Virgilium Schedis Ios. Scaliger ad Festum obseruârit, Seruos libertate donatos capite raso in Templo Feroniæ pileum accepisse. De Catenis Horat. Lib. 1. Sat. 5.

*donasset iatine catenam*

*Ex voto Laribus, quarebat*

De Annulis Martialis Lib. 11. Epigram. 29.

*Has cum gemina compede dedicat catenas,*

*Saturne tibi Zoilus, annulos priores.*

Etenim Saturnus quum olim fuisset vinctus; quod certa lege naturæ connexa sint tempora, ut notat Macrobius Saturn. Lib. 1. Cap. 8. Vinculis utique soluti ei merito compedes suspendebant.

Singulare est, quod de Cræso memorat Herodotus, præter Donaria maxima, tripodes aureos &c. Delphos etiam misisse compedes suas per ludibrium, cùm captus à Cyro falsitatem responsum oraculo exprobraret. Hunc autem morem ex Hebræis opinor acceptum, apud quos Aaronis virga consecrata in tabernaculo fuit, in signum rebellionis filiorum Israel, Numer. 17. *Dixitq; Dominus ad Moysen: reserua virgam Aaronis in tabernaculo testimonium: & seruetur ibi in signum rebellionis filiorum Israel. Fecitq; Moyses sicut præceperat Dominus.* Et Iosephi. Hist. Iud. de Agrippa Iudæorum Rege: *Auream catenam, quam ei dederat Cæsar, auersit pondere ferrea catene, in qua manus Regis fuerant obligatæ, ut*

Bb 2 tristis

tristis fortuna memoriam reuocaret, & testimonium de rebus melioribus perhiberet, in templo suspendit supra Gazophylacium, ut & maximum eius indicaret casum, & simul ostenderet, posse eum, qui corruerit, denud suscitari.

Ac ne in solo sexu virili cogites inter seruos exstitisse pietatem, accipe etiam ANCILLARVM, quarum Dij ac Deæ nominantur *Anculi* & *Anculae*, ab antiquo Anculare, quod est seruire. Imò, festum Ancillarum, ob liberatam ipsarum ingenio ab hoste patriam, Nonis Iulij à Senatu institutam, tam vulgo notum scribit Macrob. Saturn. Lib. 7. Cap. xi. ut nec origo, nec causa celebritatis ignota sit. Ex earum numero nominatiores video, quæ delicatiorum matronarum crinibus fucandis olim adhibitæ Græco nomine *Ψεκάδις* appellabantur: easq; Veneri litasse docuit me superiore hieme saxum vetus traductum in porticum Cœnobij S. Felicis propè Vicentiam:

VENERI  
SACRVM

CASSIA. I. L. PSECHAS

Nimirum, Venustatis Deæ forsan acum crinalem, pectines, speculum, ceteraq; sui ministerij suspenderat: cuius coniecturæ indicia non obscura Cap. xvi. dedimus.

CAPVT XXXVII.

*Gladiatorum Dona, & munificentia Veterum  
in Gymnasium.*

**S**ed de Seruis ad Gladiatores transire me monet affinis hominum conditio. Quid enim hi nisi Animæ venales? Domino certè corpora animosq; religiosissimè addicentes Auctorati hac lege ludo gladiatorio se obstrinxerunt, ut urerentur, virgis secarentur, ferro necarentur. Qui postquam libertate ornati essent, rude sinul & pileo donabantur,

tur,

tur, nec ferro amplius, sed rudibus tantum battere tenebantur; Rudiarj exinde appellati. Hi verò, quoniam se Herculis virtutem æmulari putabant, Arma ad postem ipsi suspendebant. Cuius sagittas in Thurinorum urbe ad Apollinis, & Ferramenta, quibus Equus Troianus compactus est, apud Metapontinos ad Mineruæ consecrata, ex Trogo Iustinus Lib. xx. recenset. De hac etiam celebritate non malè intelligi possunt Tertulliani verba Lib. de Resurrectione Carnis: *Melior homicida laudem suam consecratione pensavit.* Gladiatorum cultro quantum tribuerit veterum superstitio, ostendit inter Antiquos Scribonius Largus non infimæ sortis apud Romanos Medicus, utpote Cæsaris in Britanniam comes; cuius hæc verba de Morbi Comitialis curatione: *Hoc remedium quæ monstravit, dixit ad rem pertinere, occidi hinnulam cultro, quo gladiator iugulatus sit.* Armis nempe veteres certis, quemadmodum hodieq; vanum vulgus, vim peculiarem adscribebant. Ideoq; Tacitus Annal. Lib. xv. *Primas sibi partes exposulante Suevino, qui pugionem Templo Salutis in Etruria, siue ut alij tradidere Fortune Ferrentanorum Oppido detraxerat, gestabatq; velut magni operis sacrum.* Quæ de Gladiatoris iugulati Iecinore ibidem refert laudatus modò Largus, & de eiusdem gentis sanguine Latinorum Princeps Celsus, Medicorum experimentis relinquimus. Etsi enim remedium non sine superstitionis nota deriuatum videtur à maleficis, quos sanguinis humani potu delectatos tradit Io: Franc. Picus 3. de Strig., veluti & Demones ex Philostrato: causa tamen subesse forsan potest naturæ conueniens, quod sanguis per iram vulnerati accensus frigidæ affectiones superet. Vnde Aretæus se fatetur hoc ipso non planè nihil profecisse. Lanistis certè non infimus erat in Arena locus. Gymnasij verò apud Græcos, & Romanos splendor atque dignitas vix aliunde conspectior est, quàm ex Veteri marmore è Græcia in ædes Illustrissimi Thomæ Comitæ Arundellæ ducto à V. Cl. Gulielmo Pettæo: cuius hanc nobis dedit interpretationem Consultrissimus Ioannes Seldenius:

Sub

.....  
 Sub cuius prætura polliciti sunt; Cl. Bassus certaminum præses Nemesium Dearum palatium tegere, Fuscus, opus facere minarum VII. Chersiphron. Asiarcha hortos ad palmetum, Lucius Pompeius in palmetum Minas V. Lucius Vestinus eam Palatii partem tegere quæ curiæ proximat & ostia ænea facere, Smaragdus Prytanis Fortunæ fanum extruere in palmeto, Claudianus Prytanis inaurare tectum loci unguendis Senatoribus destinati. Et alij in templi puluinar *seu locum supplicandi* Columnam cum capitulo tortili. Nymphidia sacerdos summa, Cl. Artemilla, Cl. Polla, Claudia Niceta, Theudianus Stephanephorus II. Fl. Asclepia, Isidorus sophista, Antonia Magna Minam I. Cl. Hedja Minam I. Cl. Charis Minam I. Cl. Leontion Minam I. Cl. Aurelia Columnas striatas, cum capitulis tortilibus, in Palmetum, LII. Qui nuper affuere Iudæi Minam I. Metrodorus Nicanoris F. Dicens in Palmetum, Denariorum VII CID. F. Murnus & Cilianus Minas II. & quæ accepimus à Domino Cæsare Adriano per Antonium Polemonem, secundum nempe Senatusconsultum, quo tempore bis æditui eramus, Certamen sacrum, Immunitatem, Theologos, Hymnorum cantores, Myndas centum quinquaginta, Columnas in unguenti locum Synnadaas DCCCLII. Numidicas XX Porphyritas XC. Sed constructum est etiam Solarium in Gymnasio à Sexto Pontifice summo.

## CAPVT XXXVIII.

## VOTA IMMANIA, ac Nefaria.

**T**antum religio potuit suadere malorum! At quid religio? Mera potius versatilis ingenij commenta, imò deliramenta animi deficientis à vero Deicultu, quem quia deseruerunt prisca, verè & ipsorum culpa eos in reprobum sensum dedit iustissimus rerum arbiter. Inde non modò vanæ superstitionis plena hæctenus vidimus in speciem pietatis veterum VOTA, sed Immania quoq; ac nefaria iam sequuntur, imò, quod grauius, ab omni humanitate aliena. Quid enim crudelius, quam alieno & sæpe innocuo sanguine acisci cum Dijs, à quibus non nisi optima quæq; expectanda? Mirum tamen quàm se olim Nationes hodiè etiam cultissimæ hac immani barbarie miserè defœdarint! Armorum gloria rerumq; celeritate inprimis felix Cæsar Comm. vi. hanc in Gallis maximè notauit: *Natio est omnium Galloꝝ admodum deãta religionibus, atq; ob eam causam, qui sunt affecti grauioribus morbis, quiq; in prælijs, periculisq; versantur, aut pro victimis homines immolant, aut se immolatuꝝ vouent, ministrisq; ad ea sacrificia Druidibus utuntur, quod pro vita hominis, nisi vita hominis reddatur, non posse deoꝝ immortalium numen placari arbitrabantur, publicèq; eiusdem generis habent instituta sacrificia. Alij immani magnitudine simulacra habent, quorum contexta viminibus membra viuus hominibus complent, quibus succensis, circumuenti flamma exanimantur homines. Supplicia eorum qui in furto, aut latrocinio, aut aliqua noxa sint comprehensi gratiora Dijs immortalibus esse arbitrantur. Sed cum eius generis copia deficit, etiam ad innocentium supplicia descendunt. Et mox: Hinc (Martij) cum prælio dimicare constituerunt, ea que bello ceperunt plerumq; deouent.*

Simile quid refert de Gothis Iornandes Cap. v. Rerum Geth. Martem semper asperim a placare cultura. nam vittima eius mortes fuerunt captorum, opinantes bellorum præselem aptius humani sanguinis effusione placandum. Hinc præda primordia vouebantur, hinc trun-

cis

ois suspendebantur exunia. erat illi religionis prater ceteros insinuatus affectus, quum parenti deuotio nominis videretur impendi.

Rationem addit idem, quod Martem apud ipsos ortum putarent; unde rectè Virgilius:

*Gradiumq; patrem Geticis qui praesidet aruis.*

Cui pariter Thulitæ primum hominem offerebant, quem è bello cepissent. Quinimo ex Philaroli Historia refert Porphyrius, omnes Græcos æqualiter se litos victimas humanas mandare sacrificijs, antequam inimicos in bello aggredierentur. Ea de causa fortassis quia æstimabant mala à Malijs, quos humanis cædibus placari credebant. Vnde D. Augustinus de Ciuit. Dei Lib. 11. Cap. 17. Cum præsertim Labes, quem huiuscemodi rerum peritissimum prædicant & numina bona à numinibus malis ista etiam cultus diuersitate distinguunt, ut malos Deos propitiari cædibus, & tristibus supplicationibus asserat; bonos autem obsequijs lætis, atq; iocundis. Eodem ritu, tetra caligine detenti, Cimbri, Germani captiuorum cruore Deos placare conueuerant. Romulus quoque Acronem hostem Ioui vouit; de quo Propertius Lib. 1v. Eleg. xi.

*spolium corrui ille Ioui.*

Votis etiam hostilibus accedit, quod Hector Aiaci internecionem vouisset. Procopius Lib. 11. de Bello Gethico memorat, Francos etiam Christum colentes ad suum ævum sacrificasse homines. Lipsius quoque ad Tacitum notauit ex Lib. 1. Hist. Dietmari, Normannos & Danos quotannis Dijs suis nonaginta nouem homines mactasse. Hunc ipsum Anglis fuisse morem innuit Sidonius Apollinaris Lib. viii. Epist. vi. quod & Lituanos patrasse narrat Cromerus Lib. xv. Liunos etiam intellexit fortassis Radeuicus Lib. 111. Cap. 1. dum scribit, gentem Polonis finitam propè mare Balthicum à carniū humanarum esu non abstinuisse; quandoquidem nulla est huius immanitatis in historijs Danicis memoria, maximè quum à Danis Vandalia, Liuania, & forsan Lituania, mitiores cum Christiana pietate mores habeat, cuius beneficio eiusmodi feritatem sublatam credimus.

Porro

Porro Theutato etiam Gallos & Germanos hostijs litasse scriptum reliquit Cæsar belli Gallici Lib. vi. Vnde Lucanus Phars. Lib. i.

*Immitis placatur sanguine diro*

*Theutatus*

Theutatus verò Mercurius est, quemadmodum ex Tacito de moribus Germanorum liquet, quem Ægyptij Thoth appellarunt. Ceterùm bello captiuos, cum ijs qui in acie occubuerant Victimæ loco viuos fuisse combustos significat Poeta, Æneidos xi. v. 81.

*Vinxerat & post terga manus, quos mitteret umbris*

*Inferias, caeso sparsuros sanguine flammis.*

Tauri apud Scythas Dianæ pro votis Aduenas, & præsertim naufragos, immolabant. Hanc consuetudinem antiquissimam fuisse non solum in hostibus, sed etiam in peregrinis, ostendit Plutarchus in Parallelis: *Post Ily excidium Diomedes in Africam maris strætibus eiectus est. Regnabat ibi Licus Martis filius qui peregrinos de more patri immolabat. Quod Busiris quoque fecisse traditur à D. Aug. de Ciuit. Dei Lib. xviii. Cap. xii. Fortunæ Vltri-ci Rhamnienfes in Euboea gladio litasse Aduenas è veterum monumentis notauit Laurea Cereta inter eruditas sui æui mulieres Brixia clara, cuius pauca, quæ supersunt scripta, breui ab iniuria obliuionis asseremus. Prudentiori quidem consilio & maiori moderatione, ut refert Plut. Inst. Lacon. Lacedæmonij, cum callido consilio hostem vicissent, bouem Marti mactabant: si apertè, gallum: Duces asuefacientes ut non pugnaces modò, sed callidi etiam fierent: hos tamen Dianæ Orthiæ siue Tauricæ humano sanguine litasse refert Pausanias. Edito propterea oraculo iussi sunt aram humano sanguine cruentare. Cum autem immolarentur quemcumque fors tetigerat, Lycurgus rem in adolescentum flagra commutauit.*

Arcadi Ioui puerum, Laodicei Mineruæ Virginem sacrificabant, cuius loco sua ætate substitutam fuisse Ceruam testatur Porphyrius. Apud Carthaginenses & Phœnices Principum Infantes, sicuti & apud Rhodios nobilium filios mactatos

Cc

ad

ad Aras nostrinus. Carthaginensibus autem consuetudinem hanc Gelo sustulit, qui praelio victis noluit pacem ante concedere quam id quoque insertum esset conditionibus, eos finem facturos Saturno suos immolandi liberos ut videre est apud Plut. Comment. *De ijs qui sero à numine puniuntur.*

*Dumeti quoque (verba Porphyrij sunt Lib. II. de Abstinencia) in Arabia singulis annis puerum sacrificabant, quo sub terra sepulto utebantur simulacra loco. Curetæ Saturno pueros immolabant Porphyrio ibidem referente ex Ibero scriptore veteri: Baccho viuos homines alij: & apud Arcados puellæ ad necem flagellabantur. Et apud Egyptios Heliopoli mactabantur Iunoni tres homines explorati, non secus ac vituli, vegeti & laudabiles. Hanc immanitatem à Iudæis antiquitus migrasse è pluribus sacra scripturæ locis patet. Hinc Regius Propheta de ijs conqueritur Psalmo 105. *immolauerunt filios suos & filias suas demonijs: Amonitarum verò Idolo Moloch talibus hostijs litabantur: de quo plura apud Iudæorum Rabinos, quorum aliqui non combustos aut mactatos Pueros volunt, sed duabus pyris extractis, per illarum medium traductos solummodo & ad eum modum februatos esse, sacerdotibus Molochi id peragentibus, sed verè non modò traductos, sed crematos in Idoli sacrificium pueros illos affirmamus.**

Tantæ immanitatis originem hanc tradit Porphyrius de Abstin. Lib. II. *Ab initio Djs primitiæ è fructibus soluebantur, procedentes tandem tempore cum homines auita sanctitatis incurij, iam terra fruges non satis suppeditante, in tantam legitimorum alimèntorum penuriam peruenerunt, ut omni humanitate deposita sibi mutuo insilirent, atque carnes comederent. Tum multis precibus Deum inuocantes, ex se ipsis primitias primitiam soluerunt, non solum quod pulcherrimum habebant Djs consecrantes, sed etiam, quod supereminet omnem pulchritudinem, suos contribules in victimas alimèntes. Hominem epulandi gratia tamen neutiquam sacrificatum tradit idem loco iam pridem adducto: ubi varios simul humanæ victimæ ritus persequitur: quos à Diphilo Cypriorum Rege, & Amosi cereos homines*  
sub-

subrogante, nec non apud Carthagenenses ab Iphicrate, euer-  
 sos scribit, tandemq; ab Adriano Imperatore ex omni penè  
 imperio sublato. Ac licet Romani nihil barbaricum aut in-  
 usitatum facere consueuissent, incidente tamen bello Punico  
 cum Annibale novos eiusmodi sacrorum ritus ( ut vocat in  
 Marcello Plutarchus ) Sibyllini Oraculi iussu à Græcis acce-  
 perunt. Quorum etiam meminit Lilius Lib. xxxi. & Pli-  
 nius Lib. xxviii. Cap. xi. pariter & Lactantius Firmianus de  
 Falsa Religione Lib. i. Cap. 21. *Nec Latoni quidem huius immani-  
 tatis expentes fuerunt: si quidem Latialis Iuppiter etiam nunc sanguine co-  
 litur humano.*

Verùm non Dijs tantùm humanis litare hostijs Græcorum  
 mos fuit, sed defunctorum etiam Manibus itidem mactatis ho-  
 minibus parentare solebant: Vnde apud Homerum Achilles  
 in Patrocli funere:

*Bis sex nobilium Troum de sanguine natos*

*His ego mactabo manibus, tibi amice, tuisq;*

*Manibus inferias, cinerum hic ad busta tuorum.*

Idem Virgil. x. Æn.

*Sulmone creatos*

*Quattuor hic iuuenes totidem quos educat Æfens*

*Viuentes rapit inferias, quos immolet umbris*

*Captiuoq; rogi perfundat sanguine flammæ.*

Nec sanè defuerunt apud Romanos, referente Suetonio in  
 Caligula Cap. xiv. qui depugnaturus se armis pro salute ægri (Impe-  
 ratoris) quiq; capita sua titulo proposito vouerent.

Huc spectat illud Oraculi responsum de Callirhoe Baccho  
 immolanda, ut Celidonij delirantes restituerentur, de quo  
 plenius Iulianus Aurelianus de Cognomine Deor. Lib. iii.  
 Cap. v. Quam in istis profanis Religionibus consecrandi mor-  
 tes hominum consuetudinem nefandam Iulius Firmicus de  
 Errore prophanarum Religionum iure sic taxat: *Quid sibi vult  
 ista persuasio, ut diuinis rebus funestæ calamitatis ordo societur? Misera  
 sunt qui profusione sacrilegi sanguinis cruentantur.*

Præter hæc Vota Immania, quæ cum sanguinis effusione fiebant, memorat & Vota nefaria Cicero pro Cluentio: *Quin etiam nocturna sacrificia quæ putant occultiora esse sceleratasq; preces, & nefaria Vota cognouimus.*

## CAPVT XXXIX.

## VOTATEMERARIA, &amp; Iocosa.

**T**olerabilior apud antiquos occurrit error eorum qui præcipiti animo sine rationis consilio nescio quem sibi fixerunt numinis cultum ineptijs plenum. Inter quos primus merito Idomeneus Cretensium Rex, cum naufragus ex voto filium sibi obuiam factum immolare Dijs vellet, illumq; perditum iret, à Cretensibus pulsus & patria eiectus fuit. De simili Agamemnonis Voto, qui Iphigeniam sibi natam Dianæ immolauerat, verè Tullius Officiorum I. I. Promissum potiùs haud faciendum, quàm tam tetrum facinus admittendum fuit. Tale fuit Votum Iephtæ Iudicum Cap. XI. quo vouerat se immolaturum quodcumq; reuertenti occurreret de domo eius. Quo nihil inferius est adhuc eorum institutum, quorum hæc verba in Actis Apostolorum Cap. XXIII. *Deuotione deuouemus nos ipsos nihil gustaturos, donec occidamus Paulum.* Diris nempe se deuouentes in necem Pauli Anathematis instar à Deo se deleri cupiebant, & fame interituros, nisi ipsum conficerent. Ferunt etiam Aratum Sicyonium, ne bello vinceretur, centena hominum capita se immolaturum vouisse.

Egregia est Pauli apud Festum obseruatio, qui ait: *Ver sacrum vouendi mos fuit veteris. magnis enim periculis aduerti vouebant, quacumq; proximo vere nata essent apud se animalia immolaturus. Sed cum crudele videretur pueros ac puellas innocentes interficere, perditos in adulta ætate velabant, atque ita extra fines suos exigebant.* qui Vernæ dicebantur, quemadmodum notauit Alexander ab Alexand.

Lib.

Lib. 111. Cap. XXI. Dierum Genialium . Id tamen nisi fieret auctoritate Collegij Pontificum, non votum, sed inconsulta pollicitatio censebatur. Livijs 111. Dec. Lib. 11. & 14.

Nec sanioris animi fuisse videntur Locrenses, quos refert Iustinus bello pressos vouisse suas se filias festo Veneris prostitutos, si victores forent: aut Persæ qui se viuos homines defossuros vouebât. Quare Ametris Xerxis vxor, ut gratiam Dijs referret, quod in vita diu processerat, defossis sub terram viuis quatuordecim illustrium Persarum liberis Votum persoluisse dicitur; sicut è diuerso, & magis ad humanæ naturæ & Regiæ conditionem narratur ab Herodoto Lib. 11. Laodicem vxorem Amasis Ægyptiorum Regis, cum maritus cum ea concumbere non posset, licet ipse cum alijs commercium haberet, vouisse se Veneri, si sequenti nocte secum consuesceret Amasis, se statuam illi Cyrenas missuram, conceptoq; voto maritum perquam variè eam dilexisse, quam Statuam ad suam usque memoriam incolumem fuisse testis est Herodotus in fine eiusdem Libri, ubi subdit: *Cyrenas Statuam Minerue Amasis misit inauratam & sui imaginem pictura adumbratam: Lindum autem duo lapidea Minerue simulacra, & thoracem lineum spectaculo dignum. Samum verò Iunoni bifarias sui imagines, quas magno in templo post ianuam erectas ad suam usque ætatem memorat idem.*

Ad Temeraria Vota etiam obscœna accedunt, quæ Veteres peregisse patet ex Prudentio de Ro: martirio:

———— metenda deducat genitalia

*Numen reciso mitigans ab inguine.*

Silendum minimè Neronis Votum apud Suetonium in illius vita Cap. 54. quo scilicet sub exitu viæ palam vouit, si sibi incolumis status permaneret, prodicendum se parta victoria Ludis, etiam hydraculam & Choraulam, & utricularium, ac nouissimo die histrionem, saltaturumq; Virgilij Turnum. Iniquum magis quam pium Cypseli Corinthij Votum, qui Ioui, modò ciuitate potiretur, quæ Corinthiorum essent, omnia se oblaturum promisit, ut scribit Aristoteles in Oeconomicis. Lepidum est auctarij loco Catulli

inuentum Carm. xxvi l. qui puellam finxit Annales Volufij Tardipedi Deo iocosè vouiffe.

Quid verò magis ridiculum, quàm Ignauos etiam patrocini-um quæfiuiffe à Murcia pigritiæ Dea, quæ à Murcis, idest truncatis pollicibus bello ineptis nomen accepit? Erat autem Vallis Murcia Romæ, ubi forfitan Ignauis, & defidiofis sua dona offerebant. Fuit etiam Murcia secundum aliquos, Dea amoris, nec ineptè; nam ignaui & marcidis, dum à Musis longè sunt, spurcitijs & libidinibus vacant.

## CAPVT XL.

## VOTA SCELERATA.

**T** Vrpi demum exemplo sacris adhibita ingenij licentia in scelus conuerfa etiam criminis immunitatem ac tutelam apud Deos quæsiuit. Nam & Fures LAVERNÆ Deæ sua Vota fiebant, ut instituta sua furandi ac mentiendi fortunaret. Plaut. Cornicul.

*Mibi Lauerna in furtis celebrastis manus.*

Et Horatius:

*Palera Lauerna da mihi fallere.*

Acron & Porphyrius in Horatium Lib. i. Epist. xvi l. & Nonius Marcellus in voce Lauerna, Festusq; Pōpeius hic aduerti. Erat autem Deæ imago caput sine reliquo corpore. Huius Deæ lucus erat Romæ obscurus & abditus, ubi Fures prædam diuidebant. Nec leuiori probitatis iniuria etiam Ara Fraudi ibidem erecta. De qua nolo plura, cum nefas sit crimen religione obuelasse.

## CAPVT XLI.

## DONARIA MVLTATITIA.

**I**ndignitatis certè huius mentionem intermissem, nisi vigilantia magistratus detecta eiusmodi morum turpitudose-

feneriffimis legibus grauem ſæpe mulctam produxiſſet: ex qua etiam DONARIA Dijs conſtituta fuiſſe colligo apud Lium Lib. x. Ann. ab V. C. M D LVII. Cn. & Q. Ogulnius adiles curules, aliquot ſeneratoribus diem dixerunt, quorum bonis mulctatis, ex eo quod in publicum redactum eſt, aenea in Capitolio limina, & trium menſarum argentea vaſa in cella Iouis, Iouemq; in culmine cum Quadrigis, & ad ficum Ruminalem ſimulacra infantium conditorum urbis ſub uberibus Lupe poſuerunt, ſemitamq; ſaxo quadrato à Capena porta ad Martis ſtatuerunt. Et ab Edilibus plebeis E. Alio Pæto, & C. Fulvio Curuo ex mulctatitia item pecunia quam exegerunt pecuarij, damnatis, Ludi facti: pateraq; aurea ad Cereris poſita. Et Lib. xxxv. De Mulcta Damnatorum Quadriga inaurata in Capitolio poſita in cella Iouis ſupra faſtigiū adicula.

Ita res iniquè parta in bonos uſus iuſtè conuerſa ſæpiùs culpæ notam diluit! Tolerabilior eorum noxa, qui uſuris in publica commoda deriuatis pœnam auuiditatis anteuenterunt. Egrègiū huius facti monumentum ex antiquis Romanæ Urbis reliquijs Grutero ſuggeſſit Smetius, quod libens adfero, ut è tam opimis fortunæ mediocriſ redditibus potètiorem Quiritium opes ſint conſpectiores. Annuū quippè cenſum adeò locupletè ex uſuris centeſimis, quo ſingulis menſibus è centenis numis unus exigebatur, non minimæ fortis fuiſſe perſpicuū eſt.

## CENTONARIORVM

CVM. BASI. MARMOREA. ET. CERIOLARIB  
 DVOBVS. ÆREIS. HABENTIBVS. EFFIGI  
 EM. CVPIDINIS. TENENTES. CALATHOS  
 L. SEXTILIVS. SELEVCVS. DECVRIO. D. D  
 HOC AMPLIVS. ARK. RET. P. COLLEGII. SS.  
 DONVM DEDIT. —X—. V. VT. EX. VSVRIS  
 CENTESIMIS EIVS. QVANTITATIS  
 QVÆ EFFICIT. ANNVS. —X—. DC. DIE  
 VIII. KAL. OCTOBR. NATALI DIVI  
 AVGVSTI. EROGENTVR. EX. ARK

CA.

## CAPVT XLII.

## DE SACRIS NOSTRI ÆVI DONARIIS.

**S**ed iam satis superq; de Profanis antiquorum DONARIIS ac TABELLIS Votiuus Lectoris forsan ingenium ea fatigauimus prolixitate, quam præter expectationem auxit materiæ amplitudo ex ingenij humani vanitate nata, cui quidquid hîc à vera pietate diuersum videbitur imputandum dico ac edico; nec alia de causa prolatum, quàm ut veterum scriptis aliquid lucis foenerentur. Superest, ut quæ mihi animum in hunc laborem excitarunt Sacra Diuini cultus Anathemata in stili partem veniant. Sed coronidis loco, & strictim: cum nihil fermè à Bulengero hîc ommissum, quod in Anastasio desiderari posset, nec irrita planè mihi spes sit futuros, qui vastum illud argumentum aliquando in commune sint producturi. Quantum hîc reconditæ eruditionis habeat V. C. Franciscus Bernardinus Ferrarius Doctor Ambrosianus, cultiori iam orbi notius est, quàm ut meritas eximij viri laudes ingenij mei culpa deteram. Nec memorabo quid ex Orientalis Ecclesiæ reliquijs in hanc rem conferre possit V. C. Leo Alacius; egregium mihi Amicorum par; quidæ alij literarum Antistites hæc in re valeant: ne videar eorum diffidere voluntati, quos in publicam utilitatem natos scio. Noui enim hæc non esse unius ingenij, sed multorum; & aliquando fore ut seæra dies nobis prolixiora det, quæ mihi attigisse satis fuit. Innumera quippe ac penè infinita sunt, quæ omni ætate à primo sacrosanctæ Religionis exortu per temporum vicissitudines, varijs de causis ad nationum & cuiuscumq; ordinis conditionem Deo oblata passim apud Christianos templorum parietes, & columnarum fastigia veluti emblemata sacra exornant; maximeq; ea quæ preciosiora in sacrariorum armaria diligentius abdita seruantur. Ecclesiæ opibus piorum sanè dono tantum

tum

tum longioris æui cursu accessit, ut non solum vasa aurea atq; argentea, ceteraq; utensilia ad sacros usus in dies nouo splendore creuerint, sed prædia etiam ab Imperatoribus Christiano nomini non parum infensis plenè concessa fuerint. Id quod ex Pij I. Papæ, & Urbani Primi Epistolis, atq; Imperatorum Rescriptis accuratissimus rerum Ecclesiasticarum scriptor Romanæq; purpuræ decus Baronius suis ad Ann. lvi. Christi Annalibus ostendit. Si tamen rem paulò altius repetere iuuat: ne memorem quæ ex Veteris Instrumenti monumentis hîc per diuerticulum sparsim inserui, quid vetat quò minus Donarijs accenseamus oblata Seruatori nostro recens nato munera Sapientum, etiamsi ritu Ethnicorum viuentes ex Arabia prælucente stella Hierosolymis Betlehemum descenderent, ut adorarent Christi Puerperia, ei tanquam nouo Regi aurum, thus, ac myrrham obsequij symbola ferentes? Quid aliud dicatæ Christo rerum Primitiæ? Quid pio feruore aurum & argentum ad Apostolorum pedes positum? Ea profectò fidelium dona luculenta adedò fuerunt, ut non solum Ecclesiæ necessitati sufficerent, sed ut parentibus orbi, pauperes, aduenæ, morbis afflicti, maritis viduatæ, ceteriq; egestate pressi ijs ipsis abundè subleuarentur. Pietatem hanc indicat D. Chrysostomus Homil. xli. in Epist. ad Hebræos: *Hæc considerantes primitiæ illius Ecclesiæ Christi fideles, non modò decimam partem frugum, sed ipsas uniuersas, ac etiam rura, ex quibus colligebantur, distrahentes, eorum pretia portabant ad pedes Apostolorum.* Nihil verò Ecclesiæ rem æquè auxit atq; cum ipsis diuini cultus primordijs Decimæ in hæc usq; tempora religiosè apud omnes conseruata. Quibus soluendis non minus iure quodam naturæ quàm diuinis præceptis quosvis pios obstringi clarissimum est; imo pendisse eas olim Hebræos atq; Ethnicos suo iam satis loco ostensum fuit. Sed ut rem omnem in pauca contraham, Ecclesiæ maiestatem piorum Principum benignitati & munificentia deberi notissimum est ijs, qui vel mediocriter in veterum monumentis versati sunt. Ne longius abeam, Cui non occurrunt quotidie in

diuinos honores extructa splendide Templâ, Sacella, atq; in his Aræ, ornamenta sacra auro distincta, atq; inprimis infulæ auro gemmisq; stellatæ. Adde ingentis precij Vasa, Lampades, omnemq; apparatus sacrum: ne dicam Oppida, & Arces ex argento ficta, Statuasve ex argento vel auro spirantes, quantivis omnia æstimij; quibus viuunt eorum nomina, qui non minus liberalitatis, quam pietatis memoriam posteritati reliquerunt. Fortunæ tamen exilitas neutiquam laudabiles eorum conatus oppressit, qui signis fictilibus, tabellis ligneis, urbium clauibus, triremium rostris, cippis, cuiuscumq; generis vestibus, vexillis, armis, variaq; supellectile beneficij diuinitus accepti memoriam, & grauissimorum casuum argumenta in omnes mundi tractus sparserunt. Inter cetera magnificentiæ exempla inprimis nostra ætate præteritorum temporum memoriam superat VRBANI VIII. Summi Pontif. regia liberalitas, qui D. Petri Basilicam Romæ æneis prodigioli artificij columnis summæ Aræ tholum sustentibus mirificè decorauit. Posteritatis quoq; admirationem inter varia nunquam satis laudatæ pietatis monumenta meretur Serenissimæ Reipublicæ Venetæ munificentia, cuius maturo consilio, postquam bonorum precibus pacata esset iusta diuini numinis ira, quæ in Vniuersam propè Italiam non paucis retrò annis pestilenti contagio exarserat, ut olim CHRISTI REDEMPTORIS tutela, ita pridem Diuæ MARIÆ SOSPITRICEIS titulo sumptuosum iam è fundamento Templum exurgit. Vetustatis autem deuotionem multis modis excedit posteriorum temporum cogitatio, quæ sacris Ædibus fulgorem additum maximi precij LUCERNAS Aris perpetuas adesse voluit. Inter eas facillè primas meretur aurea quæ dicato prius, quod diximus, in Vrbe Templo, à Venetis spectati operis & pretij in fano Lauretano suspensa est.

— sic nox, splendorq; diei  
 Fulget, & ipsas dies celesti illustris honore  
 Plus micat innumeris lucem geminata Lucernis.

Cuius

Cuius perennitati luculentioribus impensis à prudentissimo Senatu ita prospectum, ut nulla unquam defectura videatur eius Voti memoria. Verùm, præter hæc religionis indicia, aliud etiam spectasse priscos sapientes satis ostendit Tabella in Saturni Ædicula inter alia munera olim pro delubro posita, quæ veluti totius vitæ humanæ imago & compendium Cebe- ti integri libri materiam sapientissimis Mascardi meditationi- bus non indignam præbuit. Altioris nempè cuiusdam disci- plinæ mysteria abdere voluerunt ijs in locis, quibus prophā- num & ignarum vulgus arceretur. Quod ego cum Viris in- genuis dum ab hisce Musarum sacris arceo, Eruditis & Corda- tis meipsum bonæ mentis DONARIVM voueo.

## AVCTARIVM.

**L**etam messem uberius excipit specilegium. Properantes enim multa prætereunt. Id mihi in fertilissimo hoc mul- tiscia eruditionis campo per varias occupationes accidisse fa- cilè animaduerto, dum nonnihil omissior typis exscripta ab exstantioribus mendis vindico. Quæ igitur ad alia festinans calamus neglexit, hac lege subdo ut iteratæ curæ peritiorum symbolam, quam semper libens profiteor, imò, sicubi opus virgulam, impetrent.

Cap. I. Pag. 3. *monumentum ederent.*] Solos tamen Pytha- goricos à supplicationibus abstinuisse, auctor est Iamblichus in Vita Pythagoræ. Prouidentia forsan diuinæ fiducia, cuius imperio hæc inferiora geruntur. Quid enim viros sapientis- simos à numinis cultu alienos fuisse credit? Plaut. hic Ro. Stoici illud de Benef. Lib. iv. Cap. 25. *Deos Vota nostra non exo- rant, sed monent.*

Pag. 4. *apud Ciceronem, aliosq; legas.*] Sic Gallus eruditè in Elegia, *Votivum vulnus dixit.*

Pag. 6. *affigi solerent.*] licet alij distinctione satis subtili opi-

nentur ἀνάθημα, quod ab Ecclesia Dei separatum; ἀνάθημα vero, donum iuspenſum.

Pag. 7. ob recuperatam salutem. ] In veteri etiam Glossario est: Donum, δῶρον. γὰρ εἶδος ἀνάθημα. γὰρ εἰς νεοῖον.

Pag. 8. hiemes exprimebant. ] Donarijs etiam nomen Donantis, & Dei cui daretur ascriptum fuit. Inde Plautus in Ruden: ut comprehendar cum sacra urna Venerea. Nam hæc literata est, ea ipsa cantat quæ sit.

Cap. II. Pag. 12. Iulius Aurel. de Cogn. Deor. Lib. 11. Cap. 4. ] De Templo Dianæ Nemorensis copiose ac eruditè ad Nos perscripsit V. C. Ioannes Argolus; cuius hic integram damus Epistolam.

IACOBO PHILIPPO TOMASINO  
suo, V. Clarissimo

IO: ARGOLVS SALVTEM.

CVM audirem, TOMASINE, Vir Clarissime, dudum Te de sacris antiquorum Donarijs Libellum concinnare, cogitavi statim amice atq; lubenter, quo pacto Mercurij istius tui cunulo lapsis meus accederet. at quia eruta è libris pauca habebam, quæ Te fugerent; non enim absque turpi iactantia id foret; de veterum monumentis quædam observata nuper, mittere decrevi. Cùm enim Cardinalis LÆLIVS BISCIA Meccenas meus, & literarum acerrimus, in Cynthiano propè Nemus Aricinum aliquandiu rusticaretur, donaretur præterea à Mario ac Pompeio Frangipanis Marchionibus oppidi Dominis Xeniolis, hoc est, repertis ibi simulacris quibusdam, quæ VOTA prisorum representant; imperavit mihi Princeps Eminentissimus, ut enarratas imagunculas, miltoq; sinopica delineatas, Tibi transmitti curarem: quod en facio, transmittoque. Nemorensi siquidem in oppido, quod Frangipano-  
rum

rum sub ditione familiae est multa per secula excellentissime, cum hi Marchiones, ut sunt bonarum literarum & antiquitatis perscrutatores, vetusta rudera si quid inueniretur, iuberent tentari; ecce templum illud scilicet, de quo tot Auctores loquuntur, Dianae Aricinae prope lacum, quem Speculum eiusdem Deae nuncuparunt, recluditur, passimq; una sigilla figlina, passim statuae inueniuntur, iniuria temporis lacerae aliae, aliae minus laesae, certè optimo lapide omnes, in meliori manu; deniq; simulacrum Numinis ipsum, venatorio habitu succinctum, mutilum tamen, mancumq; & quod deterius est capite ancisum. Reperta Deae statua quamuis non ipsa Orestis, sed recentior altera, Templi certitudinem fecit. Quamobrem cum obseruassent structurae ordinem eiusdem edis appellari apud Vitruvium Thuscenicum, Andree Saccho persuasi Viro in Architectura & Pictura celeberrimo, nec non Francisco Quesnoyæ Flandro eximia in sculptura experientia, ut rem examinarent, qui tamen confusos ordines potius cum Corinthium sit ut plurimum non sine Dorico, obseruarunt; nec ita tamen, ut esse eum non pro certissimo habeam, quandoquidem neque ipse Vitruuius, si rectè consulatur, simplex, aut purum fuisse Thuscenicum istud opus Lib. 4. Cap. 7. suae Architecturae declarat. Adde, quod eisdem penè locis est, quibus Strabo ceteriq; demonstrent, cum passim alia aedificiorum fundamenta seorsum appareant, nec ubi Nomen erat quondam, sed paulò longius, quae Ego L. Caesaris, Iulijq; eiusdem nominis, & aliorum Principum Villas fuisse censeo, de quibus extat apud auctores mentio; cum perinde ille amœno Frangipanorum secessu, seu Prætorio maius nouo opere obscurentur, substructo quidem ibi Palatio magnificis sanè, ac potentissimis Regibus apto. Quae verò prope simulacrum reperta est basis, hisce literis notabatur.

A D I A N A E  
N E M O R E N S I A E V E S T A E

S A C R A V I M M D L C T

IMP.

IMP. NERVÆ. TRAIANO. AVG  
 GERMANICO. III. COS. PRÆF  
 EIVS. T. VOLTEDIO. MAMILIANO  
 QVÆSTORIB  
 L. CÆCILIO. VRSO. II. M. LVCRETIO  
 SABINO. II. ÆDILIB. Q. VIBENNA. QUIETO  
 TIB. CLAVDIO. MAGNO  
 P. CORNELIVS. TROPHIMVS. PISTOR  
 ROMANIENSIS. EX. REG. XIII. IDEM. CVR  
 VICI. QVADRATI. ET. LANIA. CF. THYONOE. CONIVX  
 EIVS. VOTVM. LIBENS. SOLVERVNT

Capita quæ hic mulierum vides corollis redimita, puellarum sunt, quæ ab Ariciâ accensis faculis ad Artemisium, h. e. ad Nemus, Deæ pompam celebrantes procedebant. Quod Ovidius palàm Lib. Fast. 4. declarat:

*Sapè potens votis frontem redimita corollis  
 Femina lucentes portat ab urbe faces.*

Atque *ἱερὸν* Urbem appellavit Ariciam ad honorem Regnantis Augusti, cuius mater Aricina fuerat. Hinc propter Virgilius & ipse Ariciam nuncupat 7. Aneid. causâ si Servio credimus. Ea quidem Pompa Virginum tantummodo, & Puellarum, sed per licentiam ceteræ etiam farinae mulieres recipiebat. Sanè Cynthia Propertij intrâ scorti famam murmur turbæ sibi prouocabat;


*Cùm videt accensis deuotam currere sadis  
 In Nemus, & Trinie lumina ferre Deæ.*

Quæ faculæ inter spicatos fasciculos mediæ lucebant. Gratius vetustissimus Poeta:

*Spicataeque faces sacrum ad Nemorale Dianæ  
 Sistimus.*

Moremque ex fasce illo deductum arbitrarer, in quo simulachrum Dianæ inuolutum Orestes in Aricinum Nemus inuexit, ut Hyginus meminit in Hippolyto. Nam etsi *Facelinam* Dianam dictam hanc nostram putem, *Fascelem* etiam nuncupatam

tam





ram fuisse non dubitarem. Primum sanè Lucilius probat, Siliusq; hic Sat. 3. *Faceline templa Diana;* Iste Lib. 13. *Sedes Facelina Diana*

Alterum ex Hygini sententiâ ita Seruius: *Simulachrum sustulit, absconditumq; fœce lignorum, unde & FASCELLIS dicitur, non tantum à fœce, cum qua pingitur, propter quod & Lucifera dicitur, in Ariciam detulit. Lucifera autem Luna, quæ & Diana, est. Cic. de Natura Deor. Lib. 2. Dianam, & Lucinam eandem esse putant; Luna à lucendo nominata est. Eadem est enim Lucina, ita ut apud Græcos Dianam, eamq; Luciferam, sic apud nos Dianam Lucinam in pariendo inuocant. Verus inscriptio.*

SEX. IVVEN. SVAVIS DIANÆ LVCIF. LVNÆ.

Quod & Catullus demonstrat Car. 35. & Varro Lib. 6. de Ling. Lat. Aduectam verò ab Oreste in hanc plagam, & Ouidius facit, & plerumq; Cum præterea Scythica ista loca, ubi quondam ea Dea fuerat apprime respondeant ijs, quæ prope Ariciam sunt, Cosmographis, & ad Dionysium indicante Eustathio: τὸ δὲ Κίρκαιον πεδίον, διὰ τὴν τῆς Κέλχης βασιλέως Αἰήτης ἀδελφὴν Κίρκην ἔτι καλεῖται, τὰς βοτάνας ἐκείθεν συλλέγουσαν. περὶ τῆς τῆς τῆς ὁ γεωγράφος φησὶν, ὅτι πρὸς τὴν Ἀλβανῶν γῆν Κίρκης ἱερὸν ἔστι καὶ φησὶν τὸν Οὐδίστωρα δείκνυται, καὶ Κίρκαιον ὄρος πάλαιον, ἡνίσχον τὰ λαοὶ καὶ ἔλεον. Videlicet, & Circaus Campus à sorore Aeta Regis Colchorum Circe sic appellatus, herbas ibi veneficas colligente; in hoc ferè campo, inquit Geographus Albanorum populos versus, Circes esse sacellum, ibiq; poculum quoddam ostendi Ulyssis, & Circaum montem frondosum, sed ad insula instar mari, ac paludibus circumfluum.

Alterâ quæ sequitur figura, urnulæ est, qua, ut puto, aquam ex Egeriæ fonte haustam, utpotè lustralem, domi ad sacrum usum continebant mulieres. Plutarchus haud dubiè Vestales Virgines, quæ in Alba, eius rore in purgandis penetralibus fuisse usas, ita scribit: ὕδαρ ἱερὸν ταῖς Ἐστιαῖς παρθενοῖς ὡποδίζετο, ὁ πὼς λαμβάνουσα καὶ πνεύρα ἀγνίζουσι, καὶ πάντως τὸ ἀνακτόρον. Sacram verò undam accenseri Virginitibus Vestalibus, ut

inde

inde haurirent, atque diebus singulis purgarentur. Iuffrarentq; penetralia.  
Aquæ miraculum Ouidius afferit, quod sine murmure labere-  
tur per saxa; Martialis, quod ægros alleuaret. Lib. Fast. 4.  
Ouidius:

*Defluit incerto lapidosus murmure riuus,*

*Sape, sed exiguis haustibus, inde bibi.*

Martialis Epigr. 47. Lib. 6.

*Exsoluit vous hæc se tibi Virgine porcæ*

*Marcus, furtiuam qui bibit æger aquam.*

Sacraq; ac inuiolabilis habebatur natio per antrum topho  
emanans, quem Domitianum violasse putauit Iuuenalis, dum  
ruditatem ingenuam matrum furo alteraret. Vasculum  
hoc certè illis perquam simile est, quibus nos in sacrarijs no-  
stris, ac priuatis sanctuarijs clauo suspensis utimur ad *Κλοῦν*  
*αἰθέρη* aquam, qua è cubiculo prodeunte frontem unà cum sa-  
lutari signo irrigamus. qui etiam usus apud prophanos vi-  
guit. Iuuenal.

*calidaq; petitas*

*A Meroe portabit aquas, ut spargat in eodem*

*Isidis.*

Neque non sine religione id factum, ut fontium sacrorum  
aquæ domi retinerentur, aut templis, aut simularentur saltem.  
Virgilius:

*Sparserat, & latices simulatos fontis Auerni.*

Vrula hæc igitur Dianæ à voti compote dicatæ; quia Egeria,  
cuius erat fons, non nisi Dianæ ministra credita est. Eodem  
loco Ouidius:

*Nympha Numæ coniux ad tua sacra veni.*

Operari est sacra ministrare, & sacrificare etiam apud Tac-  
tum, quod eodem modo, *πρόξεν* Græci dicunt; Latini etiam  
facere. Virg.

*Cum faciam vitula.*

Manus ad volam lacera, ac rigens veluti dolore, videtur Au-  
riga alicuius tracti, ac naufragi, qui Hippolyto votum deinde  
manus

manus argillaceæ adtulerit. Hippolyto siquidem & nunciat  
erat in sanctiori puto Templi Nemorensis parte ac reposita.  
Fuisse cultum in Deum apud Græcos certè asserit Pausanias,  
eiq; ante nuptias capillum concidere deuotum, appendereq;  
solitas scribit puellas: nî & hoc votum Dianæ sospitatrici, ac  
medicæ ab Auriga fixum credamus. Antiqua inscriptio.

DIANÆ. OPIF. NEMORENSI. C. APVL. EIVS. L. L. ANTIO

Manus proculdubio ipsa figuli arte vulnus præmonstrat, ut nil  
dubium sit ἐλώρια, quæ in excussione aurigatum fiunt, nobis  
repræsentari, atq; ita votum esse pro restituta manui firmitate.  
Fractum hoc modo ac discriptum Hippolytum omnes ferè  
tradunt, nisi cum ijs stemus, qui Hippolytum in cœlo eue-  
ctum, atq; ibi aurigam factum neq; laceratum velint.

Fragmentum verò, quod sellæ quiescit, senatoriam exhi-  
bet personam, lato clauo, hoc est limbo, superhumerali ad pe-  
ctus imum fluenti, iuxta Horatij illud Sat. 6.

— *et latum dimisit pectore clauum*

cum reliqui limbi, qui essent equitum, non tam amplo sinu  
procidebant; unde Angusticlauij dicti: Erat verò clauus non  
de veste pars, sed ἱππικὸς, ut Græci vocant, nos superhumera-  
le, si dijs placet, diceremus vestimentum, quodque purpura  
πλατύσιμος eisdem etiam dictum est. Tollebatur videlicet,  
& permutabatur non detracta interim veste, ut capita Mona-  
chorum nunc solent, aut Cardinalium curtæ penulæ, quas  
vulgò le Mozzette vocant. Hinc Priseus ille Horatij in Sat.

— *clauum mutabat in horas.*

Vbi Acon: *purpuram dicit, quæ in pectore extenditur Senatorum: Græci*  
*τὸν κολοβίωνα* vocant. Plagulam unà cum illa equestri appellat  
Varro Lib. de Ling. Lat. 8. quod retis instar implicata, ac flui-  
da dependeret. Eam Senatorum purpurei fuisse coloris vetus  
Persij Interpretisibi declarat:

*Et natalitia tandem cum Sardonyche albus.*

Veste, inquit, candida, nondum purpureum adeptus indumentum, quod  
lati clauum dicitur; clauo in ora cernis scutulatum limbum. Ita

E e

Fe

Festus signat in voce Clauata, *Clauata autem dicuntur vestimenta clavis intertexta.* Sic templum Dianæ; atque in ipso sigilla reperta sunt, TOMASINE, VIR CLARISSIME. Cerno Te licet sis iure religiosissimus, interim desiderio videndi Deæ idolum totum occupari, feruereq; & plusquam Actæonis passu ad cupiditatem contemplandæ Dianæ excitari. Sed ego carthulas, non argillas, non saxum, transmitto; non Orestes sum, qui tam grande simulachrum humeris non prægrandibus, ac tandem Orestæis per longissima spatia tuis oculis baiulem. Delectare interim obsecro, quo possum, munere exili. Saluta plurimum meis verbis Io. Rhodium Virum Doctissimum, qui de ACIA voti reus adhuc Musis, torquet puellas castissimas de hoc penso sollicitas, ac precare, ut ne glomum suum cum Penelopes tela tam desiderabilem amicis abscondat, ponatq; tandem Dissertationi suæ eruditissimæ de FIBVLA ipsam fibulam. Vale, & pro Dianæ Cassandram tuam, quam literis illustrasti, expecto Virginem pro Virgine.

Romæ An. M D C XXVII.

Cap. I. Pag. 7. *Fœderibus honorastis.* ] Quod nomen retinuerunt, quamdiu non profanabantur, ut ex Seruio ad 3. *Æn.* obseruauit Barnab. Brissonius de Formul. Lib. 1.

Ibid. Pag. 10. *Locum legit memoria.* ] Compotes autem Voti tabellas soluebant, id est, lacerabant, Dijsq; reddebant quæ promiserant, ut notauit Iac. Rutgerius Var. Lect. Lib. 5. Cap. 5.

Cap. II. Pag. 13. *Stipitis auctor.* ] Huius generis apud Philostratum videntur *ἐπιπροχυζουσαι τὰς θεάς.*

Ibid. *τὰς θεάς.* ] *ἐπιπροχυζουσαι* autem idem quod veteri Iuuenalis Interpreti ad Sat. x. est *Insignare.*

Cap. III. Pag. 18. *Debilis.* ] Et quidem eiusmodi Temppla verè *Næsæ* dixit sacræ Historiæ auctor, quum Dijs consecrata essent. *ὁ μὲν γὰρ Νὰος, ἐστὶ θεῶν. ὁ δὲ Σμός, ἡρώων:* ut Ammonius in Libello de similibus & differentibus Vocabulis annotauit.

Cap. IV.

Cap. IV. Pag. 32. *Pratores acceperunt.* ] Duplex verò Decimarum genus est: unum ex vectigalibus nauium. Alterum ex agrorum fructibus, cuius apud Aristotelem mentio *Oecon.* 2. & hic pressior.

Pag. 37. *ob immunditiam inuisus.* ] Veneri hercle grauiori de causa. Festus: *Suillum genus inuisum Veneri prodiderunt Poetae ob interfectum ab apro Adonim, quem diligebat Dea.*

Cap. eod. Pag. 41. *comperisset.* ] Sic apud L. Apuleium de Vir. Herb. Cap. 8. *Deuotus dicitur Defixus;* quamquam in vulgatis libris legitur *defectus.*

Cap. VI. Pag. 51. Sed & Æsculapij templum veteres Tholon appellasse tradit Barth. Ronstæus Medic. Epist. 68.

Ibid. Pag. 52. *Rostraq; id Templum appellatum.* ] Itaq; Lipsius de Milit. Rom. Lib. 5. Cap. 17. *Rostra* eruditè interpretatur Spolia maritima.

Ibid. Pag. 53. *ipse domus.* ] Huius enim ipsa ornamenta censebantur, quæ mutatis dominis semper manebant.

Cap. VII. Pag. 56. *loquutum sensit.* ] Tales forsan *Tabularia* unde Pamelius in Tertullianum *Tabularia* suspicatur diem festum, quo ipsa Idolis dedicata.

Ibid. *χαριστήρια vocantur.* ] Est & in monumentis Arundelianis.

ὁ ἱερεὺς Ἀρχίδαμος

φιλιωνίτη ἰσίδι

Ὀσίριδι Ἀνυβίδι

χαριστήριον.

Seldenus ita vertit:

Sacerdos Archidamus

Philæneti F. Isidi,

Osiridi, Anubidi

Donarium

Ibid. *Noti occasionem.* ] Imò, mercedem ipsam Dijs soluendâ.

Ibid. Pag. 58. *Gratias agit publicè Deo.* ] Huius loci est in Apollinis Templo Odontagogum plumbeum, cuius meminit

Ec 2 Cæl.



Ibid. Pag. 79. ET SIBI.] Herophilus Lectulos pensiles excogitavit, quorum iactatu aut morbos extenuaret, aut somnos alliceret, ut auctor est Plin. Lib. 26. cap. 3.

Cap. XI. Pag. 88. *Isidi Epigram. XII.*] Rationem hanc optimè Iul. Pollux Lib. 2. Cap. 3. num. 3. enarrauit: *Nutriunt quidam comam in obliquum vergentem, aut super tergum, aut frontem; Fluminibus scilicet, aut Dys consecratam.*

Cap. XIV. Pag. 97. STATILIA D. D.] Hanc ipsam Iunonem Lucinam fuisse Dianam Lochiam pererudita ad Paulum Rhamusium Epist. ostendit Claudius Acantherus quondam Pataui linguarum & Antiquitatum notitia eruditus admodum charus, quam in meis *Scrinijs* diutiùs latere nolui.

*Paulo Rhamnufio S. D. Claudius Acantherus.*

**M**Armor quod ad me curasti V. C. peruetus illud quidem esse constat, sed utinam nobis fugitiui temporis iniuria non inuidisset integrum, haberent enim talium rerum studio dediti, unde forsitan animum plena voluptate explere possent. si tamen in tanta obscuritate coniectura locus esse ullus potest, ex eorum Epigrammatum genere hoc videtur quæ *ἀναθηματικά* (quasi dicas alicui Deo inscripta) dicebantur, quemadmodum hic apparet de Laomedonte (quod est capitale nomen huius Epigrammatis) qui quidem Laomedon, nescio quid *τῆ λοχία* hoc est Dianæ Lochiæ (hæc præerat parturientibus, & est ea Iuno Lucina Terentio) *ἐπαισχίσασθαι* nempe excitavit, ob leuatam forte difficili partu uxorem, vel amicam. sed caueo mihi apud te hac formula Pirrhonica, nihil inquam desimo, ne dicas tibi non dictum. mi Rhamnusi mihi crede nihil quantivis ego mererem, ut integrum & incolume ad nos transmisisses hoc antiquitatis monumentum. sed habent & sua fata lapides. quæ porro à me quantum ingenio consequi & solertia potui, pervidebam, ea ipsa latine à me habeto hunc in modum:

Lao-



tibus fixa ideo Tropæa dicta scribit Non. Marcellus, quòd hostium fuga Græcè vocetur τροπή. Quorum exempla in veterum numis, hodieque ex marmore in Vrbe Rom. ante Capitolium.

Ibid. Pag. 130. *Ad securitatem deponerentur.* ] Ita foedus Smyrnæorum & Magnetum ad maiestatem Seleuci Callinici Asiæ Regis tutius conseruandam, columnis singulis incisum, & in fano Veneris Stratonigidis alibiq; apud utramq; Rempubl. ex pacto sacratum, ex marmore Arundelliano publicauit Ioan. Seldenus pag. 15.

Ibid. Pag. 131. *Dono fixit.* ] Hæc autem ita rara fuisse tradit Festus, ut tria tantum nomini Romano contigerint.

Cap. XXIII. Pag. 148. *Ante numen exoratum.* ] Veneris quoque auxilium implorasse accepimus.

Ibid. Pag. 149. *Imperij symbolum.* ] Sacrarium verò ceu Lararium in puppe erat. unde & puppi corona imponebatur. quod hodieq; in nauigijs nouiter fabricatis obseruari videmus à Nautis, qui ijs hederaceam coronam imponunt.

Ibidem. *Hesychius.* ] Παταεις, autem cœlaturas Ios. Scaliger ad Festum exponit.

Ibid. Pag. 150. *In eminenti aliquo scopulo.* ] Agamemnonem quoque Dianæ clauum dicasse, postquam ventos ipsius gratiâ compescuisset, canit Hymno in Artemin Callimachus.

Ibid. Pag. 152. *Ex voto.* ] Amicos nempe nauigaturos etiam Numinibus olim commendabant. Cuiusmodi pro Virgilio Athenas soluente Horatij Carmen votiuum Lib. 1. Ode 111. exstat. Ritum hunc confirmat vetus saxum inter Monumenta Comensia, quæ Benedicti Iouij Nouocomensis Viri Doctissimi fato intercepta propediem vulgabimus.

NEPTVNO ET  
DIS AQUATILIB  
PRO SALVT ET  
INCOLVMIT SIM  
.. QUART SECVND IN

Ibid.

Ibid. Pag. 154. *Tempestat etiam Dea.* ] *Minori:*  
 Cap. XXIV. Pag. 158. *Delineatum damus.* ] *Sic in monumen-*  
*tis Arundellianis*

*Libero Siluano Herculi*

*Dij. Sanctis. Ti. Iulius Alexander*  
 D. D

Et in Schol. Aldi Manutij ad Vell. Paterculum. *Herculi Sancto*  
*Sacr. D. Pomponius. &c.*

Ibid. Pag. 158. *In dibus sternebatur.* ] *Priscis idem qui Pan*  
*habitus. Hinc vetus Glossa: Siluanus. πᾶν, θεὸς ὀλάιος.*  
*Quæ cōfirmat Martianus Capella de Nupt. Philolog. & Mer-*  
*cur. Lib. 1. Ipsam quiq; terram, quæ hominibus inuia est, refertiunt ion-*  
*gaurorum chori, qui habitant siluas, nemora, lucos, lacus, fontes, ac fluuios,*  
*appellanturq; Panes, Fauni, Foni, Satyri, Siluani, &c.*

Ibid. Pag. 163. *Templum eis promissum reddidit.* ] *Castimonij*  
*autem Cereris qui operabantur, luctu carere solitos fuisse,*  
*monuit Ios. Scalig. ad Festum.*

Ibid. *Capra candida.* ] *Quam verò ob causam Canis, enarrat*  
*Plin. Nat. hist. Lib. 28. Cap. 4. Catulos lactentes adeò pueros existima-*  
*bant ad cibum, ut etiam placandis Numinibus hostiarum vice uterentur his.*  
*Ita Senex Couis Lib. de Int. Affe. Lienosis catulinam com-*  
 *mendat. Sed ad rem.*

Cap. XXVII. Pag. 171. *Dioscorides Lib. 3. Cap. 156.* ] *Min-*  
*neruæ autem cognomen debet Parietaria, quia monstrata*  
*fornio à Minerua. Eius quippe munere Vernula Pericli*  
*Atheniensium Principi charus dicitur sanatus, cum è templi*  
*fastigio cecidisset, ut refert Plin. Nat. Hist. Lib. 22. Cap. 17.*

Cap. XXIX. Pag. 174. *Spicula cornu.* ] *Summa igitur cum ra-*  
*tionem Amphiteatrum Venationis causa olim ædificatum fuit.*  
*Quod κωνηγετικόν θεάτρον appellauit Dion.*

Ibid. Pag. 175. *Virgine cerua cadet.* ] *Huic quæ substituebatur*  
*Ouis Ceruaria dicitur apud Festum. Sed & Dianæ ouum nun-*  
*cupauit Simmia Rhodius: forsan quòd ea cuncta gignat.*

Ibid. *Puere decus.* ] *Hinc in veteri Inscriptione Io: Maria-*

nus

nus rectè legendum censet TOXOTI: quod cognomen ab arcu & sagittis Dianæ frequens est: TOGOTIL. VIBIUS P. L. SCVS EX VOTO.

Ibid. *Dianæ frequens est.* ] Religiosè Agathocles Syracusanorum Tyrannus Dianæ consecrauit ceruum in venatione à se stratum, cuius monili inscriptum erat: *Διοῦδος ἀπὸ τοῦ κυνίου.*

Ibid. *Idest, figere dona.* ] Siue, ut expressius in hunc locum eruditissimus Io. Passeratius, vouere Capita aprorum, vel ceruorum cornua.

Cap. XXX. Pag. 176. *à vobis.* ] Equona sanè à Cl. Barthio Aduers. Lib. 37. Cap. 1. ingeniosè reposita originatione Latina mihi non displiceret, si aliquod eius apud veteres mihi vestigium occurreret.

Cap. XXXIII. Pag. 180. *Parietibus affixisse.* ] Insculpsisse etiam columnis.

Ibid. Pag. 181. *Sed valere, vita.* ] Argumento est Theriaca, magni Regis Antiochi usui aduersus omnia venena celebris, quam incisam lapide versibus in limine Ædis Æsculapij prodit Plin. Nat. Hist. Lib. 20. Cap. 24.

Ibid. 182. *Aqua maxime sustententur.* ] Extra pomœria volunt alij, ad maiorem aëris salubritatem.

Ibidem. *Insomnij monitu.* ] Memorabilem hanc in rem Historiam reliquit Plin. Lib. 25. Cap. 2. *Insenabilis ad hosce annos fuit rabidi canis morsus, pauorem aqua, potusq; omnis adferens odiurn. Nuper cuiusdam militantis in Pratorio mater vidit in quiete, ut radicem siluestris rose, quã cynorrhodon vocant, blandita in sibi adspectu pridè in senteto mitteret filio suo bibendam. In Lusitania res gerebatur, Hispania proxima parte: casuq; accidit, ut milite à morsu canis incipiente aqua expauescere, superueniret epistola orantis, ut pareret religioni. Seruatusq; est ex insperato, & postea quisquis auxilium simile tentauit.*

Ibid. Pag. 184. *Auctore Fulgentio.* ] Festus etiam; nauis Iouis *entela* effigiem Tauri habuit.

Cap. XXXV. Pag. 192. *Vetustissima consuetudine.* ] Quo nomine mensæ in sepulcris ponebantur.

Ff Ibid.

Ibid. Pag. 193. *Vino conspersa reperio.* ] Mel etiam in sacris mortuorum profusum.

Ibid. *Religione instituit.* ] Dijs etiam Inferis regnante Tarquinio Superbo Ludos Taurios fuisse institutos legimus ; cum ex carne Taurorum populo diuendita pestis ingens mulieres inuasisset.

Cap. XXXVII. Pag. 196. *Ferro necarentur.* ] Nec alio stipendio ; quam solo cibo ; eoq; satis vili ; quamuis validus firmandisq; viribus aptus esset : ut verè ac eleganter Prudentius Lib. 2. in Symmachum cecinerit eorum *vulnera vendita pastu.*

Cap. XXXIX. Pag. 206. *Libidinibus vacant.* ] Et quid istis ineptius ; quibus tam charus Olesum esus ; ut prodigiosum gulæ honorem meruerint ; quem nec Plinius Lib. 19. Cap. 5. tacere voluit : *ut est Græca vanitas ; fertur in Templo Apollinis Delphis adeo ceteris cibis pralatus Raphanus ; ut ex auro dicaretur ; Bestia ex argento ; Rappam è plumbo.*

Amantium nugis adde illud extremae stultitiæ votum Anacreontis ; quo Od. xx. *anastia calceus fieri desiderat ut eius planta teratur.*



Ibid

Et

# INDEX

Eorum, qui laudantur, illustrantur, emendantur,  
ac defenduntur.

## A

**A**bdias Episcopus. 97  
 Claudius Acantherus. 221  
 Acron. 6.56.206.217  
 Acta Apostolorum. 18.22.150.204  
 Adrianus. 124  
 Iulius Africanus. 97  
 Balthasar Agale. 130  
 Agathius Scholasticus. 88.91.103  
 Alberini. 109  
 Alcivus. 7  
 Alcimus. 40  
 Alexâder ab Alexâdro tangitur. 10.204  
 Ulysses Aldrouandus. 25.90.110  
 Leo Allatius. 6.208  
 Trifitanus à S. Amando. 94  
 Romulus Amasæus. 7  
 D. Ambrosius. 50  
 Ammonius. 218  
 Anacreon. 216  
 Anastasius. 208  
 Anthologia Epigramat. 6.134.138.166  
 Ioannes Antiochenfis. 24  
 Sidonius Apollinaris. 100  
 Appianus. 6  
 Apollonius. 95  
 Apollonij Interpres. 193  
 Apuleius Madaurenfis. 13.39.42.43.56.  
 145.149.150. Emendatus. 165.176.  
 219.220.  
 Thomas Arandellius Comes. 197  
 Archemachus Euboensis. 185  
 Aretæus. 197  
 Ioannes Argolus. 29.124.150.212  
 Aristides. 41  
 Aristophanes. 60.147  
 Aristophanis Scholiastes. 35.175. In-

terpres. 175  
 Aristoteles. 12.116.144.205.219  
 Arnobius. 50.72.82.105.140  
 Arrianus. 123  
 Athenæus. 51.103.105.108.129  
 I. Attius Emendatus. 117  
 Carol. Auantius laudatur. 11  
 D. Augustinus. 32.71.88.106.135.164.  
 171.201  
 Antonius Augustinus. 135  
 Iulianus Aurelius. 12.106.107.203.212  
 Cœl. Aurelianus. 220  
 Ausonius. 69.84.104  
 Rufius Festus Auiensis. 24  
 Autumnus. 155

## B

**B** Josephus Ballus. 143  
 Card. à Balneo. 1.158  
 Franc. Barberinus Card. 73.92.187  
 Albertinus Barifolus. 21  
 Card. Baronius. 3.209  
 Gaspar Barthius. 6.193.225  
 Honorius Bellus. M. S. 89  
 Adrianus Behotius. 56  
 Bessarion Card. 73  
 Ioannes Franc. Birago. 143  
 Lalius Biscia Card. 212  
 Lalius Bisciola. 124  
 Flau. Blondus. 71  
 M. Zuerius Boxborn. 132  
 Barnabas Briffonius. 218  
 Ioann. Britannicus. 61.66.184  
 Brodæus. 173  
 Albertus Brunus. 143  
 Budæus. 16.40  
 Bulengerus. 208

Ca

# I N D E X

Cæsar.	130. 199. 201	Democritus.	47
Calendarium Rom.	17. 31	Thomas Dempsterus.	17
Callimachus.	32. 223	Deuteronomium.	2. 29
Callimachi Scholiastes.	35	Dietmarus.	200
Calius Calpurnius.	63	Diodorus Siculus.	53. 64. 161
Casij.	137	Diodorus Epigrammat.	77
Calphurnius.	33. 87	Dion. 15. 17. 26. 27. 29. 32. 33. 36. 37. Ex-	
Nicolaus Campi S. Petri.	47	plicat. 51. 53. 79. 90. 102. 112. 113. 114	
Martianus Capella. 6. 68 76. 220. 222.	224	121. 124 126. 150. 145. 224	
Capitolinus. 41. 45. Elucidatus.	113	Dioscorides.	171
Carpensis Card.	24. 27. 110	Donatus.	26
Ifacus Casaubonus.	90. 111	Ioan. Bapt. Donus.	97. 185. 188
Io. Bapt. Casalis	48. 64. 187	<b>E</b>	
Aurel. Cassiodorus.	6	Ennius.	88
Petrus Castellus.	143	Epigrammat. Vet. 41. 162. 164. 166. 172	
Cato.	155	173. 177. 178. 179	
Catullus illustratus. 5. 91. 138. 145. 151.	205. 215	Henricus Erastius.	222
Cebes.	6. 211	Etymologicum Magnum.	6
Cornelius Celsus.	35. 197	Euripides.	25. 166
Censorinus.	77	Euripidis Scholiastes.	74
Ludouicus della Cerda.	51	Eusebius.	34. 39
Laura Cereta.	201	Eustathius.	36. 215
D. Chrysostomus.	28. 84. 209	Exodus.	2. 34
Petrus Ciaconius.	17	<b>F</b>	
Cicero. 4. Explicatur. 18. 33. 36. 44. 55.	59. 97. 116. 120. 130. 138. 142. 146.	Lucius Faunus.	27. 73
151. 178. 184. 190. 192. 204. 215.		Minucius Felix. 7. 18. 62. 70. 117. 126	
Claudianus. 2. 13. 84. 86. 101. 108. 121.	188	134	
Cledemus.	166	Benedictus Fernandius.	143
Clemens Alexandrinus.	8. 166	Bernardinus Ferrarius.	208
Claudius Clemens.	138	Scipio Ferrarius.	66
Codinus.	23	Festus. 9. 17. 26. 48. 69. 74. 93. 94. 135.	
Coluius.	13	144. 177. 178. 182. 206. 218. 219. 224.	
Columella.	186	225	
Petrus Contarenus.	194	Iulius Firmicus. 7. 26. 54. 62. 104. 105.	
Corippus.	6	163. 169. 185. 203	
Cornutus in Persium.	172	Valerius Flaccus.	24. 37
Cromerus.	200	Flaccus Siculus.	166
<b>D</b>		Anutius Fœsius.	186
David Propeta.	192. 202	Franc. de Fogaroles.	7. 34
		Fortunatus.	61
		Hieronymus Fracastorius.	19
		Marius, & Pompeius Frangipani.	212
		Iulius Frontinus.	142
		Cornelius Fronto.	5. 135
			12

# N O M I N V M.

**G**  
 Iacobus Gaffarellus. 157  
 Gallus Poeta. 211  
 Galenus. 29. 177. 182. 186  
 Ioan. Galuanus. 8. 17. 25. 64. 92. 138. 158  
 Ianus Gebhardus. 62  
 Gellius. 5. 19. 55. 117  
 Genesis. 19. 34. 129  
 Scipio Gentilis. 13  
 Lilius Giralduus. 17. 33. 182  
 Glossarium Vetus. 212. 224  
 Hubertus Golzius. 17  
 Grammatici Veteres notantur 5. defen-  
 duntur. ibid.  
 Gratius. 158. 214  
 Gruterus 10. 19. 24. 28. 64. emendatus.  
 75. 84. 86. 119. 156. 157. corr. 167. 170  
 Franc. Gualdus. 48  
 Georgius Gualterus. 183  
 Petrus Gyllius. 31  
**H**  
 Dionys. Halicarnassens. 16. 40. 163  
 Harpocraton. 6  
 Daniel Heinsius. 60  
 Heraclides Ponticus. 185  
 Desiderius Heraldus. 222  
 Herodianus. 6. 29. 84  
 Herodorus. 6. 32. 47. 52. 103. 106. 123.  
 166. 173. 194. 205  
 Herophilus. 227  
 Hesychius refellit. 67. 87. 149  
 D. Hieronymus. 5  
 Hippocrates explicatur. 177. 186. 224  
 Gaspar Hofmannus. 177  
 Homerus. 25. 36. 59. 89. 148. 203  
 Homeri Scholiastes. 87  
 Sernius Honoratus. 5  
 Horatius 3. explicatur. 4. 14. 28. 55. 60.  
 66. 78. 97. 99. 136. 147. 155. 166. 187.  
 195. 206. 217. 223.  
 Horatij Vetus Interpres. 60. 217  
 Hyginus. 49. expofitus. 63. 135. 162. 213  
**I**  
 Iamblichus. 20. 152

Idatius Episcopus. 140  
 Ionæ Historia. 151  
 Iornandes. 159  
 Iosephus. 47. 124. 129. 133. 199  
 Isidorus. 5. 50. 131  
 Iudicum Liber. 90. 126. 164  
 Iudith. 54  
 Fabianus Iustinianus. 141  
 Iustus Comes. 199  
 Iustinianus Imp. 6  
 Iustinus. 7. 197. 208  
 Iuuenalis. 12. 14. 38. 52. 55. 62. 66. 82.  
 109. 155. 176. 216  
 Iuuenalis Vetus Scholiastes. 66. Vetus  
 Interpres. 218  
**L**  
 Lactant. Firmian. 36. 61. 72. 79. 140. 177. 207  
 Diogenes Laertius. 33. 190  
 Dionys. Lambinus probatus. 4  
 Lampridius. 23. 128  
 Cornelius à Lapide. 18. 40  
 Scribon. Largus. 197  
 Iosephus Laurentius. 71  
 Wolfgangus Lazius. 10. emendatus. 19. 70  
 Albertus Leander. 152  
 Leo Mutinensis R. Venetus. 3  
 Leonides Alexandrinus. 169. 173  
 Georgius Leontinus. 38  
 Ioann. Leunclavius. 99  
 Libanius. 89  
 Fortunius Licetus. 23. 180  
 Iust. Lipsius. 90. 94. 124. 143. 145. 200. 219  
 Lini. 9. 15. 17. 30. 31. 37. 38. 44. 48. 52. 53.  
 74. 88. 101. 111. 113. 116. 124. 127. 128.  
 129. 131. 144. 175. 182. 203. 205. 207  
 Eilardus Lubenus. 178  
 Lucanus. 6. 62. 135. 201  
 Lucianus. 43. 88. 184  
 Lucilius. 215  
 Lucretius. 42  
 Lucatius Placidius. 50  
 Lycophron. 133  
**M**  
 Machabæorum Liber. 129  
 Paulus Macrius. 37  
 Ma.



# N O M I N V M.

Hieronym. de Pindan. onto.	ibid.	Paulus Rhamusius.	79.221
Pius I. Pontif.	209	Cœlius Rhodiginus.	89
Plato.	8.12.57. 04.119.154.161.182	Ioannes Rhodius.	136.75.157.218
Plautus elucidatur.	5. 14.42.76.77.95.	Simonia Rhodius	180.224
96.106.108.130.146.182		Nicolaus Ricciardus.	143
Plinius maior.	7.8. 12.13.14.22.33.36.	Iustus Riccius.	133
38.43.44.47.53.57.85.exp.91.124.		Cunradus Rittershufius.	148.107
127.131.138.140.141.147.164.172.		Ronconi.	29
175.203.221.224.225.226		Barthol. Ronffens.	219
Plinius Iunior.	13.14.exp.78.96.111	Cardinalis Rothomagensis.	24
Plutarchus.	7.22.32.33.34.35.38.40.44	Jacobus Rutgerfius.	218
45.47.54.69.85.93.98.107.113.117		Rutilius.	122
129.145.153.161.167.176.181.182			
183.185.201.202.203.215		<b>S</b>	
Angelus Politianus.	171	Andreas Sacchus.	213
Trebell. Pollio.	5.114	Io. Dominicus Sala.	193
Iul. Pollux.	6.51.90.221	Claud. Salmafius.	5
Iouianus Pontanus.	95	Salomon Propheta.	131
Iacobus Pontanus.	61	Iulius Scaliger.	160
Aufonius Popma.	76	Ioeph. Scaliger.	5.13.18.69.96.117.
Porphyrus.	6.206	135.138.147.155.162.195.222.223.	
Porphyrius Philosophus Pythagori-		224	
cus.	7.34.41.51.58.161.163.166.177	Eralmus Schmidius.	35
200.201.202.220		Ifidorus Scholasticus.	191
Pandolphus Prateius.	5	Franc. Schottus.	73
Priap. collector.	55.59.180	Ioannes Seldenus.	97.193.197.219.223
Procopius.	200	Seneca.	12.14.26.43.78.84. explicatus.
Propertius.	5. explicatus 13.39.43.49.	104.111.132. exponitur. 136.145.	
50.51.52.53.56.62.67. exp. 89.96.		146. explic. 150.151.191.	
173.200		Seneca Tragicus.	98.148
Prudentius.	13.14. explicatus. 44.71.137	Seruius.	9.39.70.72.140.150.215
165.172.176.205.216		Silius Italicus.	52.54.56. exp. 73.132.
Claudius Puteanus.	70	215	
Erycius Puteanus.	103	Henricus Smerius.	27.58.158
Cassianus a Puteo.	92.158	Gulielmus Soierus.	11.36
Pythagoras.	7.33.151	Iul. Solinus.	33.106
		Spartianus.	23.84
<b>Q</b>		Stattius.	24.51.52.71.87.89.96.126.165
Franciscus Quesnovus.	213	Henricus Stephanus.	35
		Stobæus.	88
<b>R</b>		Stobæi expositor.	7
Matthæus Raderus.	67	Strabo.	23.106.181.182.213
Radenicus.	200	Guil. Stuechius.	8. tangitur. 35.144
Georgius Raguseus.	143	Franc. Suertius.	63
Regum Libri.	43.126.187	Suetonius.	16.17.26.28.38.39.41.43.53
Io. Baptista Rhamusius.	19	78.79.89. emendatus. 96.103.109.	
		ex-	

KICMI

# INDEX NOMINVM.

explic. 112. 112. 113. 116. 132. explic.	Laurent. Valla notatur.	9
133. 140. 145. 177. 178. 181. 182. 193.	Horat. della Valle.	125
203. 205	Robertus Valturius.	125
Suidas. 51. 124. 131. explic. 167. 185	Varro. 51. 74. 85. 91. correctus. 95. 184.	215. 217
Suidæ interpres.		159
Symmachus.		7. 69. 175
<b>T</b>		
Tacitus. 16. 25. 37. 109. 113. 129. 130.		126. 153
132. 230		42. 159
Achilles Tatius.		11
Terentius. 26. 49. 97. 189. 221		125. 91
Terullianus explicatur. 7. 13. 30. 43. 84.		220
elucifatur. 107. 124. emendatur. &		133
explicatur. 176. 197		
Theocritus. 95. 162	Virgilius. 2. 6. 9. 14. 25. 36. 42. 52. 53. 54.	
Theoploretus. 101. 186	explicatus. 60. emendatus. 62. 69. 77.	
Theophrastus. 60. 144. 166	90. 105. 108. 116. 131. 132. 135. 138.	
Apollonius Thianæus. 48	145. 146. 148. 151. 153. 157. 158. 160.	
Gaspar Thuillierus. 85	161. 162. 169. 173. 174. 175. 192. 193.	
Thucydides. 146	200. 201. 203. 216.	
Tibullus 4. exponitur. 25. 41. 44. 53. 55.	Virgilij Interpres. 132. 108	
62. explic. 68. 69. exp. 77. 98. exp. 108.	Vitruuius. 42. 113	
145. 155. 159. 160. 161. 162. 173. 180.	Ludouicus Viues. 135. 164	
Tiraquellus. 10	Hieronymus Volfius. 7	
Tostatus. 40. 126	Aurelianus Vopiscus. 23. 125	
Triulij. 46	VRBANVS I. 209	
Adrianus Turnebus. 60. 91. 93. 135. 176.	VRBANVS IIX. S. P. laudatur. 92.	
184	209.	
<b>V</b>		
Pierius Valerianus. 160	Vrsattus de Vrsattis. 194	
	Fuluius Vrsinus. 21. 149	
	<b>X</b>	
	Xenophon. 32. 177	
	Guliel. Xylander 7. correctus. 33. 143	



INDEX

# INDEX

## RERVM, AC VERBORVM.

### A

<b>A</b> Aronis virga rebellionis monu- mentum.	195	Antelij Dij.	108
<b>A</b> <i>βατον</i> . Adytum.	54	<b>A</b> <i>νθημα</i> . 6. <i>ανθημα</i> . <i>ανθημα</i> .	212
Achilles caesariem vocet.	89	Antinous deuotus.	41
Adorare.	42	Antisthenis de Amore iudicium.	101
Adonis minister Veneris.	107	<b>A</b> <i>ντιφυχος</i> .	41
Aedes argentea qualis dicata.	18	Anuli aurei iactus in mare Veneri.	112
<b>A</b> EDICVLVS Deus.	71	<b>A</b> <i>παθαρτιζειν</i> .	41
Aegrotantium Vota.	180.181	Apollinis cognomina.	141
Aegroti in templis dormiebant.	181	Apollinis ara Athenis.	23
Aerarium in templo Saturni.	130	Apollini Medici vota fecerunt.	140
Aesculapius Messanae tutela.	183	Apollinis Palatini templum.	141
<b>A</b> ESCVLAPIVS Coniugibus in hono- re.	100	Petri Aponensis Vita, Autoris.	1
Aesculapij templum.	180.182	Aponenses Thermæ.	1
Aesculapio Gallus, item Gallina.	182	Aquarum usus.	170
Aesculapij statua.	184	Aquarij Nymphis deuoti.	170
Aesculapio tabulae suspensae.	ibid.	Aqua lustralis.	216
Agonius Deus.	188	<b>A</b> RAE in montibus Euganeis.	47
Agenonia Dea.	ibid.	In castris.	120
Agrorum TERMINI.	165	Aræ superis dicatae, inferis Antra.	49
Amantium vota.	226	Aræ nuncupatae.	19
Amicorum pro se suisq; vota.	188	Asyli loco.	ibid.
Anathemata.	6.7	Aræ dedicatio.	20
Ancillarum festum, & vota.	196	Tutelarum.	21
Angli homines immolabant.	200	Ara loco Aræ.	24
Animalia defunctis cara piræ imposta, etiam apud Aegyptios condita.	25	Defunctis dicata cum Donarijs, & Victimis.	25
Dijs inuisa sacrificijs admota.	36	Inter vouendum manibus tacta.	42
Animalium simulacra pro voto.	36	Arbores velatae.	165
Animantia hostibus erepta Dijs obla- ta.	125	Argo nauis.	148
Item Oraulis.	129	Aricia vrbs.	214
Vulcano, Marti, & Palladi accen- sa.	129	Arist. vorum pro salute Nicanoris.	190
Imò, Armorum simulacra.	136	Arma Ioui dicata post reditum ex bel- lo.	122
Interdum omissa.	138	Marti etiam sacra.	129
Anseris simulacrum.	36	In Armis superstitio.	197
		Artemisium.	214
		Artificum collegia.	179
		Athenæ Patavinæ Autoris.	1
		Atheniensium supplicatio.	47

Gg

AUG

# I N D E X

Augurum dolus . . . . .	186	
Augusti cognomen Dijs commune . . . . .	159	
Aures Mineruæ sacræ . . . . .	140	
Aurem pecudibus præcidere . . . . .	173	
Aurigæ manus . . . . .	218	
Aurum oblatum . . . . .	37	
Aureum velius Marti sacratum . . . . .	37	
Autoris institutum . . . . .	208	
Autoris sententia de Donario . . . . .	8	
<b>B</b>		
<b>B</b> Et V permutata . . . . .	170	
Baccho crines. 87. donaria. 166. sta- tua . . . . .	ibid. 167	
Bacchus religionis, ac libationis au- tor . . . . .	167	
Vini inuentor . . . . .	166	
Bacchæ, coronæ . . . . .	166. 168	
Sacra triennialia . . . . .	167	
Balnea sacrata . . . . .	39	
Barba Dijs sacrata. 89. quando . . . . .	90	
Barba Apollini dicata . . . . .	87	
Barbam tangere . . . . .	43	
S. Bartholomæi templum Patavij re- fectum . . . . .	10	
Basilica D. Petri Romæ . . . . .	210	
Belluæ in templis suspensæ . . . . .	37	
Bellum . . . . .	220	
Bibliotheca Latina Apollinis . . . . .	28	
Græca . . . . .	29	
In Templo Traiani . . . . .	ibid.	
Herculis . . . . .	ibid.	
Pacis . . . . .	ibid.	
Capitolina . . . . .	ibid.	
Palatina conflagrauit . . . . .	ibid.	
Ruri . . . . .	ibid.	
Constantinopolitana . . . . .	30	
Bibliothecæ in Templis & Cœnobijs conseruata . . . . .	ibid.	
Bibliothecæ Patavinæ Autoris . . . . .	ibid.	
Bibliothecis Minervæ dicata . . . . .	138	
Bos Musis immolatus . . . . .	142	
Bouis necessitas . . . . .	154	
Bucentaurus Venetus . . . . .	149	
Bullæ Veneri dicata, Iunoni pariter . . . . .	86	
<b>C</b>		
Calamus Lipsij Halæ . . . . .	142	
Callirrhoe Baccho immolâda . . . . .	203	
Canis Pani immolatus . . . . .	163	
Canis æneus . . . . .	36	
Canthari sacrati . . . . .	39	
Caper Baccho immolatus . . . . .	36	
Capra Pani oblata . . . . .	163	
Capillorum restitutio . . . . .	90	
Caput velatum in sacris, quandoque apertum . . . . .	43	
Carnea . . . . .	82	
Castagnari pagus . . . . .	220	
Castor & Pollux . . . . .	150	
Catulinæ usus . . . . .	224	
Census Neptunus . . . . .	177	
Centauri statua . . . . .	36	
Ceres . . . . .	161	
Cum Iside eadem . . . . .	ibid.	
Cerealîa . . . . .	161. 162	
Cereri sacra luctui aduersa . . . . .	224	
Cerua Dianæ sacra . . . . .	179	
Cestus Veneri sacratus. 102. quid ille. ib. . . . . .	56. 212. 219	
CHRISTO oblata Sapientû dona . . . . .	209	
Ciconia Iunoni sacra . . . . .	220	
Cilo . . . . .	11	
Cinxia, Dea . . . . .	94	
Pro Ciuitate votum . . . . .	119	
Clauus Dianæ oblatus . . . . .	223	
Clauus latus . . . . .	217	
Clauata . . . . .	218	
Cleopatrz margarita Veneri sacrata . . . . .	115	
pag . . . . .	123	
Clypeus Apollini donatus . . . . .	132	
Clypeum erigere . . . . .	133	
Clypei votiui . . . . .	ibid.	
Clypeus fidei symbolum . . . . .	187	
Cœca votum . . . . .	45	
Cœna populo data . . . . .	83	
Cœsthorum hortus . . . . .	161	
Coma sancta . . . . .	161	
Coma fluminib. à Iuuenibus dicata . . . . .	87	
Item, Æsculapio . . . . .	ibid.	
Com-		

# RERVM, AC VERBORVM.

Cōmentaria tutelariū consecrata. 143  
 Compitalia solemnia. 74  
 Concordia coniugum. 98  
 Constantini Arcus Romæ. 114  
 Cornix maritalis concordie symbo-  
 lum. 98  
 Georgij Contareni Hortus. 181  
 Conualescentes alienis monitis vota  
 soluisse. 186  
 Corona, & sceptrum Ioui dicata. 45  
 Coronæ aureæ Ioui dicata. 127  
 Corinæ dicata. 39  
 Corybantica sacrificia. 51  
 Crines Dijs Virgines donabant. 88  
 etiam Matronæ. ibid.  
 Crines Hippolyto sacrat. 91  
 Cunina. 82  
 Cupido. 93. Veneris filius. 107  
 Harpocrati Rosam consecrat. ibid.  
 Cupidinis statua. A moris pretium. 134  
 M. Curtius se pro patria deuouit. 117

**D** M. quandoq; in Epitaphijs non  
 exstare. 193  
 Dani victimas humanas offerebant. 200  
 Vandalos, Liunos pietate instru-  
 xerunt. ibid.  
 Dare, pro vouere. 10  
 Dauid Propheta armis usus consecra-  
 tis. 54  
 Decima. 32  
 Apollini & Herculi dicata; Item  
 Dianæ, Ioui.  
 Eorum qui in bellum profecturi.  
 Cum Epulis.  
 De Manubijs. ibid.  
 Veteris Ecclesiæ. 209  
 Decimæ. V. L. duūm generum. 218  
 Defixus. 219  
 Deorum simulacra fictilia, lignea. 12  
 Deorum effigies votis præpositæ. 24  
 DEVS ignotus Atheniensium quis. 22  
 Deuoti. 43

Diana *Αυσιζοφος*. 97  
 Lochia. 221  
 Nemorensis. 99  
 Dianæ Templum Nemi. 97. 213  
 Diana, Lucina. 97  
 Dianæ Sacra. 174  
 Diana Facelina. 214  
 Sospitatrix. 217  
 Dianæ cerua dicata. 225  
 Dianæ Aricina Speculum. 213  
 Simulacrum. ibid.  
 Templum. ibid.  
 Sacrum. 214  
 Dicare, dedicare, sacrare, consecrare. 13  
 Dij Magni. 150  
 Dij Patrij. 76. 220  
 Dionysij Templum. 166  
 Dionysius Tripudij Deus. 168  
 Domiducus, Deus. 94  
 Domitius. ibid.  
 Donaria. 5. 6. 7. 8  
 Donariorum origo. 2  
 materia. 13  
 Dona. 5. 6  
 Donaria pretiosa Deo ingrata. 161  
 Donaria quandoq; in Templis transpo-  
 sita. 53  
 Donaria & Vota in parietibus signa-  
 ta. 59  
 Donaria mulstatitia. 207  
 Sacra. 208  
 Donatis nomen Donarijs additum. 212  
*Ἰάπων*, Palma. 44  
 Ducum defunctorum arma Dijs su-  
 spensa. 126

**E**  
 Ecclesiæ opes. 209  
 Echinus Baccho suspensus. 166  
 Edusa, Dea. 82  
 Effigies Liberorum ac Neporum. 133  
 Effigies Maiorum appensa Dijs. 73. &  
 Illustrum virorum. 132  
 Egeriæ fontis aqua. 215  
 Egeria, Dea. 96



# RERVM, AC VERBORVM.

Herculi Nauis oblata.	123	Inscriptionum Antiquarum onus.	156
vota pro salute Imperatorum soluta.	ibid.	Interduca.	93
Item, pro reditu.	145	Ioseph.	185
Hercules inuictus.	123.222	Iouis Victoris templum.	16
Herculis statua.	141	Tonantis templum.	16.17
Hermathena quid.	138	Conseruatoris ædes.	16
Hermæ Mercurio erectæ.	146	Iouis Prædatoris templum.	131
Hilaritatis præses.	185	Ioui Capitolino dicata Carmina.	149
Hippocrates Apollini sceletõ dicat.	180	Ioui Feretrio additæ Iunonis & Miner- uæ cellæ.	15
Hippocratis obseruationes.	ibid.	Iouis Statoris templum.	14
Hippolyti numen.	217	Iouis templa in Capitolio.	16
Historiæ Venetæ breuiarium.	11	Ioui Cassio donariu à Troi. oblatu.	124
Homines consecrati.	39	Iouis Stygij victima.	193
HONORI Deo sacrificatum capite aperto.	43	Iouia Porticus.	27
Horæ, seu Hebæ comæ dicatæ.	88	Iouis Capitolini statua.	99
Horta.	88	Isis, quid.	63
Hora.	88	Isidis & Osiris ædes.	17
Horæ nuptijs aderant.	95	Item, Serapidis.	184
Horrorum tutela Venus.	74	Γομφίος.	141
Hostia atra.	48	Iudæis Lilith suspecta.	98
Hostilia vota.	200	Iugatinus.	91
Humanæ victimæ Græcorum.	200	Iuno filijs præerat.	81
Hydropici icon.	187	Iuno femellis nuper natis adiuua.	69
Hymenæus.	93	Iuno, Lucina. 69. & Luna.	97
Ianus.	82	Iunonis hospitiæ Genius.	77
Ianus & Vesta prima villicorum nu- mina.	157	Iunonem Natalem feminæ veneraban- tur.	97
Icones And. Naugerij & Hieron. Fra- castorij.	19	Iunoni sacrificatum die natali.	77
Ignauia votum.	206	Vota etiam soluta pro facili partu.	96
Imagines Hebræis Orientalib. verita. 3		Iunonis templum.	16
Imagines Imperatorum.	126	Iuramentum per Principem.	279
Imagines Maiorum Lares.	132	Κνώδαλον.	36
pro Imperio Ro. votum.	119	κνώσσειν.	ibid.
pro Imperatoribus vota. 119. 123. 203		L	
Imperatorum vota in principio Impe- rij.	124	Lasticinia Dea.	164
Imp. vota.	16	Lampfacij cultri.	172
Incuruare.	42	Lancinatio.	35
Infans qui legitimus.	82	Publici, & Domestici, ibid.	
Inferiæ hieme institutæ.	193	Nuptijs desiderari.	95
Insignare.	218	apud Vestæ seruati.	220
Inscriptiones Tabularum.	56		L2-

I N D E X

Lares Urbani.	74	Iuuenales.	
Permarini.		Iuuenturis.	
Hostilij.		Triumphales.	
Viales.		Natalitij.	
Rurales.	74, 220	Pro reditu Principum.	ibid.
Querquetulani.	74	Sacri.	321
Lares Domestici.	76	Miscelli.	ibid.
Familiarum.	ibid.	Cereales.	163
Lar coelestis.	77	Flores.	172
Lares à Genio distincti.	74	Piscatorij.	178
Lares Viales.	126	Taurij.	226
Laribus vota publica à Principe instituta, & Principi à Pop. reddita.	75	Ludus nauticus Patavij.	222
Larum Donaria.	87	Lupæ statua.	36
Ladona, Lucina, Dea.	96	Lupi statua.	37
Lauernæ imago.	106	Lupercalia.	163
lucus.	ibid.	Lyra dicata Apollini.	137
Laurus Ioui appensa.	127		
Lauretani fani lucerna aurea.	210	M	
Lectisternia.	30, 38, 45	M Affectiana domus.	28
Leetuli pensiles.	221	Tabula.	181
Pro Legionem Votum.	119	Manes Iustrati.	192
Lemures.	74	Manibus oblata Donaria.	153, 191
Lepus Baccho oblatus.	166	Manibus litaturû humanis victimis.	203
Leuana Dea.	82	Manturna, Dea.	94
Liberorum cura.	85	Manu venerari.	43
Pro salute eorum votum.	ibid.	Manuum ablutio in sacris.	44
Pro Libertate votum.	86, 195	Mars Siluanus.	155
Libertatis templum.	95	Martis Patria.	200
Libri vet. in arborib. plumbeis repositi.	29	Martis ultoris templum.	17
Libum à libando.	87	Marti sacra hostia.	199
Lilich.	97	Martis galea in Capitolio seruata.	130
Lingua Mercurio dicata.	146	Martius mensis Picumno sacer.	99
Liuoni & Lituani homines mactabant.		MATRONÆ Dex.	84
pag.	200	Matronarum votum.	48
Lubentina lucus sacer.	222	Matuta.	164
Lucerna antiqua ritus funebres exhibens.	25	Mausolea.	24
Luci sacrati.	38	Medicina primitus gratuita.	184
Luctus votis inauspicatus.	45	Medicorum disputationes.	182
Ludi votiui.	4, 30	Mel in sacris mortuorum.	226
Magni.		Mena, Dea.	96
Seculares.	ibid. 31	Mensa in sepulcris.	225
Victoriæ.	31	MENTIS Templum.	144
Apollinares.	31	Menti Iustitia dicata.	144
		Mētum tangere in supplicationibus.	43
		Mercurius. Θεός Ἑρμῆος.	146

Mer-

# RERVM, AC VERBORVM.

Mercurius Communis.	146	Naufragi liberaliter habiti.	66
Mercurio lingua sacrata.	146	Castori & Polluci tabulas suspen-	
Mercurij statua in Circo.	177	debant.	67
Mercurius Coniugio gratus.	100	Vestimenta etiam.	ibid.
Mercurio piscis dicatus.	178	Naufragorum sacra.	143
Meretrices Veneri litant.	103	Pro Nauigantibus amicis votum.	273
Militum vota.	135	Nauigantes comam euellunt in tempe-	
Minerua Medica.	139	state.	89
Flauiana.		Nautarum vota.	253
Capta.		Vestis.	ibid.
Chalcidica.		Tutela.	254
Catulliana.	140	Tabula.	66
Minerua Custos a Cicerone dicata.	144	Nautica superstitio.	26
Minerua ingeniorum tutela.	138	Nazaræi, 40, barbam tondebant.	90
Mineruz Digiti sacri.	140	Nemi.	12.22.43.122.132
Mineruz victima.	99	Nemorense oppidum.	211
Mons Orton.	2	Νηφάλια.	166
eius Templum.	ibid.	Neptunus maris dominus.	152
Morborum auxilia in templis relicta.		Equis præfectus.	177
pag.	58.180.183	Circi præses.	
Morta.	191	Νηπιος.	
Mulieres captiuæ recuperata libertate		Census.	
rafa.	89	Neptuni fons.	152
Munera.	57	Templa.	153
Murcia.	206	Templum apud Atlantes.	154
Murea.	88	Ludi.	177
Murretum.	12	Neptuno Piscatores deuoti.	178
Musis sacrificatum ante bellum.	124	Nictigretum herba votis adhibita.	47
Musæ Apollinis & Herculis sociæ.	141	Nonus dies mortuis festiuus.	28
Musarum Ara.	23	Normanni humanis victimis delecta-	
Mutinus, Deus.	94	ti.	200
<b>N</b>			
Nascio. Natio Dea.	82	Nouendiales ferix.	28
Natalitia.	77	Nouennales ludi.	39
Imperatorum & Magnatum.	78	Nudipedalia.	47
Deorum.	79	Numismata Dijs sacrata.	39
Locorum, Urbium, Templorum,		Numus antiquus.	17.112.161.162
Statuarum, Nauigiorum.		Nundina.	82
Victoriæ.	79	Nuptiales Dij.	93
Natalitij Dij.	78	Nympharum sacra.	169
Natali die aras computata.	ibid.	Dona sacrata.	170
Nauigij inuentio.	63	Veneratio.	168
Nazos.	18.218	Nymphæ Querquetulanæ.	74
Pro Naue votum.	148	<b>O</b>	
Nauium tutela.	149	Oblivionis Ara.	22
		Oblivio dicata Baccho.	167
		Osti-	



# RERVM, AC VERBORVM.

<i>προσδύχασθαι.</i>	42	Sairen.	185
Pfechas.	196	pro Salute vota, etiam deplorata, amicorum vota.	189
Puellarum vota.	91	Vota pro salute publica.	190
Puerperæ icon.	96	Satyrus Baccho immolatus.	166
Pulvinaria.	45	Scriptores vota pro Principe suis operibus præmiserunt.	113
Pupæ imaginiculæ à virginib. oblate.	91	Secessio.	40
Puppis coronata.	223	Secures sacratæ,	38
Purpura in Capitolio sacrata.	125	Segetia. Segefta.	164
Purpura <i>πλατίσπιος.</i>	217	Senensis urbis insignia.	37
Pyramides ad tumulos.	2	Senectutis incommoda.	190
Pythagorici supplicationibus abstinebant.	211	Senum vota præparca.	191
Pythius.	141	SENECTVTIS Templum.	ibid.
Pythia Ara.	23	Separatio, pro consecratione.	40
	<b>Q</b>	Septentrionalium dona Cerealia.	163
Vadrigæ sacratæ.	39	Serapis Medicinæ Deus.	184
Quercus æternitatem notat.	158	Deus Magnus.	185
QVIE.	66	Hilaritatis Præses.	
Quinquennales ludi.	30. 109	quis.	ibid.
	<b>R</b>	Serui libertate donati capillos rescindunt.	89
Reditus Imperatori sanguine humano impetratus.	145	pileum accipiunt in templo Feronia.	195
Regi post reditum ex bello donaria.	123	Seruorum vota.	194
Religionis erymon.	40	Sigilla.	134. 135
Res turpicula.	85	Signum.	158
Reus radebatur absolutus.	89	Signa Tabellis addita.	59
<i>ῥέξιν.</i>	216	Silentium Nymphis amicum.	171
Rosa Harpocrati sacra.	197	Sil. Italicus celebrauit Virgilij natalè.	78
ROSTRA, Templum. 52. spolia marina.	219	Siluanus Augustus.	159
Rumina, vel Rumia.	82	Pan.	224
Runcina, Dea.	164	Siluanus utero gerentibus infensus.	96
Rufona.	94	Siluanus è Laribus unus. Nudus. Sanctus.	155
	<b>S</b>	eius cognomina.	158
Aera votis adhibita.	12	Smyrnæorum & Magnetum fœdus.	223
Sacra Donaria in alios usus vertere nefas.	126	Sobria Baccho sacrata.	166
Sacra Donaria iure belli mouentur.	130	Soluere Tabellas.	218
Sacris initiati primitiis.	39	Speculum Veneri dicatum.	104
Sacerdotes veterum gulosi.	45	Spolia lacunaribus affixa.	51
Sacerdotes ethnicorum Dijs barbæ, & capillorum primitias offerebant.	90	itemq; Fastigijs, Postibus, Portis, Porticibus, Principis ædibus, & Ducum.	52
Sacri.	41	Limnibus priuatis.	53
Sacrificiû plerunq; votis præmissum.	46	quo ritu.	53
à quibus, & quando.	48		

H h Spo-

I N D E X

Spolia.	7	Proscriptionis.	ibid.
in Templis suspensa Imperatori-	124	Pictæ variæ.	ibid. 56. 59. 62
bus.	128	Tabula Androci.	ibid.
Cereri dicata.	131	Horatiana.	ib. 56. 59
Loui Feretrio.	43	Tabellæ Medicæ.	58
Stando vota olim concepta.	82	marmoreæ parietibus templo-	ibid.
Statilinus vel Stabilinus.	38	rum insertæ.	ibid.
Statuæ metallica.	38	Tabellæ votiuæ Nauigantium.	59
Statua aurea.	22	Tabularia.	219
Statuæ in conuiuiis defossæ.	23	Tabulæ Neptuno suspensæ.	153
Aris additæ.	88	Tali aurei in fontem Aponum iacti.	112
Stimula.	111	Taurus nauis effigies.	225
Stipes Dijs data.	112	Tauri aduenas immolant.	201
etiam Principibus.	171	Taurilia.	45
Stirpes Numinibus sacra.	35	Tellurus.	94
Strapazzo.	91	Tempestat Dea.	154
Strophia. Strophiola.	94	Templa Dijs ab initio dicata.	15
Subigus Pater.	45	Templa Senatus autoritate consecrata.	17
Sueouetaurilia.	106	picturis ornata.	57
Sumenianæ mulieres.	39	Templa argentea. Vid. Æd.	
Suppellex Dijs oblata.	45	Templorum Dedicatio.	18
Supplicationes.	131	Templa spoliata.	130
Suspendere clypeum quid.	178	depositis tuta.	ibid.
Syri piscibus ab itinerebant.		Termino statua erecta.	165
		TER R Æ votum solutum.	98
<b>T</b>		cum sacrificio. 99. A. 112	
Abulæ votiuæ.	3. 6. 8. 13	Thesauria pro Donario.	8
earum occasio.	ibid.	Textores Mineruæ cultores.	179
Notatio.	4	Theriaca Antiocho familiaris.	225
Species.	13. 55. 56	Thermæ sacrata.	39
Discrimen.	55	Thermæ Calderianæ.	75
Tabella.	55	Theutato Galli & Germani litant.	281
Tabella Ceberis.	211	Theutatus Mercurius.	ibid.
Tabellæ scriptæ.	55	Tholus quid.	50. 219
Sigillares.		Thorax à Iul. Cæs. Veneri donatus.	125
Pugillares.		Thorax æneus.	138
Citrea.		Thronus oraculo dicatus.	123
Eburnea.		Thulicæ hominem bello captum Marti	
Duplices.		offerebant.	200
Triplices.		Tituli.	56
Quintuplices.		Tibiæ duplex.	57
Signata.		Tollere infantem.	82
Testamentaria.		Tribonus, Ara.	58
Matrimoniales.		Troia, ludus.	177
Censuales.		Tropæa.	223
Ærarij.		Tropæa Ioui sacra.	129
Contractus.			

Turca

# RERVM, AC VERBORVM.

Turca statuis infensi.	3	Vestis Nepruno suspensa.	153
Tutanus laborantibus præest.	147	Vexilla Imp. titulis clara Templis il-	
Tutelares.	76	lata.	126
Tutelina, Dea.	164	Victimæ humanæ.	201
Τουσία.	34	VICTORIÆ statua.	16
Τουλή.	ibid.	Villi è fronte victimæ combusti.	90
Θυμίλη.	ibid.	Viola.	171
Θύειν.	ibid.	Virgilij votum.	138
<b>V</b>		B. Virgo Montis Ortonis.	2
V Agitanus.	82	Virginensis Dea.	93
Vaticanus.	ibid.	Virginum sacratio.	40
Venationis Amphiteatrum.	224	Virgines Palladi Zonam dicabant.	91
Venationis origo.	174	femetipsas Fortunæ virili. ibid.	
Venatorum vota.	ibid.	Viriplaca.	94
Venus virorum & mulierum concilia-		Virtute Duce, Fortuna Comite.	120
trix.	93	Vitis aurea.	38
magni habita.	101	Volumnus.	94
VENERIS ara.	23	Volumna.	ibid.
Venus Hortorum Præses.	171	Votum Publicum, Priuatum.	4
Ἐπιπροός.	177	Vota Priuata.	48
Veneri votum.	103	Votorum diuerfa genera.	49
Veneri Donarium.	105, 164	Vota tacita.	43
Veneris sacrum.	105	Vota Immania.	199
Veneri puellæ dicatæ.	106	Nefaria.	204
Venus Cluacina.	102	Temeraria.	ibid.
Calua.		Obscoena.	205
Erycina.		Vota quinquennialia, decennialia, &c.	114
Victrix.		Vota in quibus scripta.	13
Genitrix.	ibid.	Vorum, res Diuina.	145
Capitolina.	103	Vota velis inscripta.	150
Placida.		Vota numis signata.	113
Romana.		Vouendi ratio.	42
Epitheta Veneris diuersa.	ibid.	formula.	48, 117
Venus in piscem versa.	178	Vouentis icon.	42
Veneris Verticordiaæ templum.	107, 222	Votum ratum.	10
Veneri cum Marte commune templum.	108	Voti formulæ characterib. expressa.	10
Venetæ Reip. votum.	210	Voti locus.	13
Verna.	204	Votis obstricti.	40
Ver sacrum vouere.	38, 204	Vota religiosè soluta.	113
Vertumno soluta vota.	173	Votiuæ preces.	4
Vestales.	40	aures.	5
Vestalis statua.	ibid.	Votiuæ Victimæ, Corona, Legatio.	4
Vestalis signum.	8	Res.	5
Vestes oblatæ.	125	Votiuæ vocabula.	5
		Votiuum vulnus.	111
		Vota.	5

nuncupata. 9 nominata. testifica- ca. ibid. Signata.	13	dicatio	39
Votum praere.	8	Vfnatores.	179
Vouere. Vota concipere, facere, effunde- re, emittere, nuncupare, suscipere, promittere, polliceri, destinare. 9. Vo- tis assuescere, Votis se obligare, Vo- tis neſti, ac teneri.	9 ibid.	Vſura.	179
Voti reum eſſe.	9	Vſura centefima.	207
Voti compos, damnatus. reus. 9. libe- rari.	10	Vxores Cretenses marito defuncto co- nam tondent.	89
Vota reddere, ſoluere, diſſoluere, perſol- uere, exſequi.	10	Y	
Votum reddere.	60	Υβεις.	35
Vulcano piſcis ſacer.	178	υ ποιμήματα.	58
Vrbium Deus tutelaris occultatus.	22	Z	
		Z Ephyro edes dicata.	163
		Zona Palladi ſacraſa.	91
		Diana pariter.	95
		Zonam ſoluere.	96
		Zωδεια.	135

SYLLABVS INSCRIPTIONVM Antiquarum,  
è quibus nondum vulgatæ Aſterisco notantur.

A	C		
A. γλιβίλω &c.	26	Campes & Epona.	176
Agrippina.	96	Castori & Polluci.	85. 150
L. Emili Victoris.	78	Cereri.	128
Aſclepio.	181	Cereri matri.	162
Aſculapio.	100	Cilo.	11
Deo Aſculapio.	183	Ti. Claud.	31
Aſculapio & Ygia.	28. 46	Tib. Claudio.	179
Aſculapio & Hygine.	183	C. dedicationem clypei d.	133
Apollini ſacrum.	140	Cocceia.	24
Deo S. Apollini pacifero.	136	Cælio Balbino S.	21
Ariſtoboli. 38. Sacerdos Archida- mus.	219	Dijs Conſeruatoribus.	101
Auguſto.	80	D	
pro Aug. German. ſalute. IIO. III		Diana. ſacr.	189
M. Aurelius Pacorus.	171	Diana Nemoreſi.	99
M. Aurelio Ermaiſco.	149	Diana Nemoreſi.	213
B		Diana opif. Nemor.	217
M. Babio clypeum.	133	Dijs Maximis.	168
* Bona Dea.	92. 93	Διοκίδης.	225
		Διονύσιος.	220
		Dea	

**I N D E X.**

Dea Epone . . . . .	76	destituta . . . . .	115
Fatis . . . . .	92	I.O.M. . . . .	115
Febri Diua . . . . .	87	praecepto I.O.M.d. . . . .	117
Fontibus Diuinis . . . . .	86	I.O.M. & confessari . . . . .	119
Dea Fortune . . . . .	101	I.O.M. & Fortuna secunda . . . . .	120
Fortuna Reduci . . . . .	121. 122	Ioui custodi . . . . .	120
Fortuna . . . . .	73. 227	I.O.M. . . . .	121
Aug. . . . .	ibid.	pro salute . . . . .	125
Fortuna loci . . . . .	70	I.O.M. & Iunoni . . . . .	126
* Fortunae Satria . . . . .	220	Ioui O.M.O.B.G.S. . . . .	118
<b>G</b>		Ioui O.M. Tertius . . . . .	188
* Genio . . . Principis . . . . .	220	Ioui O.M. obseruatori possessionu . . . . .	164
Genio loci . . . . .	89	I.O.M. Helio . . . . .	127
Ciuitatis . . . . .	70	Ioui salutari . . . . .	188
Municipi . . . . .	ibid.	Ioui Sereno & Fortuna Reduci . . . . .	121
Vrbis . . . . .	132	Ioui Iunoni Mineruae . . . . .	15. 104
Lauacrorum . . . . .	71	Isidi . . . . .	63. 64
Theatri . . . . .	71	Isias sacerdos Isidi . . . . .	190
Fontis . . . . .	ibid.	* Isidi & Serap . . . . .	185
Familia . . . . .	72	Isidi sacrum . . . . .	181
Caesarum . . . . .	ibid.	Dino Iulio . . . . .	102
Publ. vota . . . . .	ibid.	I.C. Iulius . . . . .	29
Horreorum . . . . .	73	Iunia Donace . . . . .	45
Genio & Laribus . . . . .	74	Iunoni Placida . . . . .	87
Genio Iouy . . . . .	27	Iunoni Regina . . . . .	83
<b>H</b>		* Iunoni Lucina . . . . .	97
Deo Herculi . . . . .	115	Iunoni & Mineruae . . . . .	119
Herculi Defensori . . . . .	145	Sex. Iuuen . . . . .	115
Inuicti . . . . .	123	<b>L</b>	
Musarum . . . . .	141	* Laomedon Gor . . . . .	22
Pacifero . . . . .	ibid.	Augustus Laribus . . . . .	160
Sancto . . . . .	224	Vico Larum . . . . .	74
Hortorum custodi . . . . .	72	* Laribus . . . . .	75
Hygia . . . . .	65	Laribus publicis . . . . .	ibid.
<b>I</b>		Augustorum . . . . .	ibid.
Inscriptio vetus Patau. emendata & . . . . .	224	Domesticis . . . . .	76
		Volusianis . . . . .	ibid.

Libero

# I N D E X.

<p><i>Libero Patri.</i> 167</p> <p><i>Sacrum Libero Patri.</i> 167</p> <p><i>M. Ludio.</i> 157</p> <p style="text-align: center;"><b>M</b></p> <p><i>C. Marij.</i> 157</p> <p><i>Præsentiæ Matris Deum.</i> 114</p> <p><i>Menti Fideiq;.</i> 144</p> <p><i>Matronis.</i> 83</p> <p><i>Mercurio.</i> 100</p> <p><i>Deo Mercurio Fortuna.</i> 147</p> <p><i>Mercurio &amp; Minerva.</i> 139</p> <p><i>Mercurio Templum.</i> 101</p> <p><i>Ara Mercurij.</i> <i>ibid.</i></p> <p><i>Mercurio Negociatori.</i> 146</p> <p><i>Minerva Aug.</i> 140</p> <p><i>Minerva memori.</i> 189</p> <p><i>Minerva Medica.</i> 189</p> <p><i>* P. Mulvius Cilo D.</i> 111</p> <p><i>* M. Mulius Commodus.</i> 111</p> <p><i>Q. Mulvius.</i> 111</p> <p style="text-align: center;"><b>N</b></p> <p><i>Nemesi.</i> 110</p> <p><i>* Neptuno &amp; Dis Aquatilibus.</i> 123</p> <p><i>* Neptuno sacrum.</i> 152</p> <p><i>Neptuno Aug. sacr.</i> <i>ibid.</i></p> <p><i>D. Neptuno.</i> 153</p> <p><i>Nestori Aug.</i> 133</p> <p><i>Nymphis, Lymphisq;.</i> 169</p> <p><i>Pro salute Domini nostri &amp; Nymphis.</i> 169</p> <p><i>Nymphis salutiferis.</i> <i>ibid.</i></p> <p><i>Nymphis. sacr.</i> 170</p> <p><i>Huius Nympha loci.</i> 171</p> <p style="text-align: center;"><b>P</b></p> <p><i>PANI.</i> 101</p> <p><i>Parcis.</i> 192</p> <p><i>Plutoni Deo.</i> 154</p>	<p><i>Plutoni &amp; Proserpina.</i> 159</p> <p><i>* Sex. Pomp.</i> 169</p> <p><i>Pontificis votis.</i> 183</p> <p><i>* Tauril... Porcilliano.</i> 194</p> <p><i>L. Præsentiio.</i> 46</p> <p><i>Sub cuius prætura.</i> 198</p> <p><i>Proserpina.</i> 100</p> <p><i>* M. Publicius.</i> 194</p> <p style="text-align: center;"><b>Q</b></p> <p><i>* QVIE IANE.</i> 66</p> <p style="text-align: center;"><b>R</b></p> <p><i>* L. Renodius.</i> 190</p> <p style="text-align: center;"><b>S</b></p> <p><i>Pro Salute Imp. Caf.</i> 185</p> <p><i>Pro Salute Colonia.</i> 118</p> <p><i>Libero Silvano Herculi.</i> 224</p> <p><i>Silvano sacrum.</i> 155</p> <p><i>Silvano sancto.</i> 156</p> <p><i>Salutari.</i> 159</p> <p><i>SOLI sacr.</i> 86</p> <p><i>Soli aeterno.</i> 188</p> <p><i>Sulpicia Thallusa.</i> 28</p> <p style="text-align: center;"><b>T</b></p> <p><i>Θεός Α'όςας.</i> 22</p> <p><i>Togoti L. Vibius.</i> 225</p> <p><i>P. Valerij.</i> 31</p> <p><i>Iul. Venerie.</i> 59</p> <p><i>Veneri Gabinia.</i> 85</p> <p><i>* Veneri sacrum.</i> 196</p> <p><i>T. Vibij.</i> 39</p> <p><i>Villicus.</i> 160</p> <p><i>Deo Voliano.</i> 94</p> <p><i>Vota Quinquennialia.</i> 114</p> <p><i>Votis x.</i> <i>ibid.</i></p> <p><i>* Ex voto. donum posuit.</i> 185</p> <p><i>Vndis Cyaneis.</i> 170</p>
---	--



## APPROBATIO OPERIS.

**I**ubente Reuerendiss. P. Generali Congregationis nostrae Canoniorum Se-  
cularium S. Georgii ab Alga Keneriarum perlegi Librum P. D. Iacobi  
Philippi Tomasini in patrio Patauino Collegio Teologi, Monasterijq; S. Iaco-  
bi Montis Silicis Prioris: Titulus inscribitur De Donarijs: Reliquum nihil  
Christiana Pietati redolet absurdum, nil quod piorum offendat aures retinet:  
Quinimo, passibus aquis mire cum incedat, Typis cudendum censeo.  
Venet. Idib. April. 1638.

Thomas Herculanus praedictae Congreg. a secret.

Attentis narratis. Concedimus ipsi P. Priori superscripti Operis imprimendi facultatem, seruatis seruandis. Die 17. Apr. 1638.

Dominicus Nassinus Rector Generalis.

**E**ruditissimi Viri Iacobi Philippi Tomasini opus De Donarijs inscriptum,  
cui initium est Athenas Patauinas; finis vero me ipsum bonae  
mentis Donarium voueo, perlegi ego infrascript. Fr. Io. Paulus Sans. Art.  
& S. Theol. D. & SS. Inquisit. Patau. Vic. & Commiss. Gen. in quo mihi S. Ma-  
tris Ecclesiae dogmatibus, consonum nihil à morum integritate alienum, Princi-  
pibus repugnans nihil reperi. Quare dignum prae iudicavi, & approbavi,  
eoq; magis quod virum potius pietatis, ac religioni apprimè deditum & de-  
monstret ac faciat, quod laudibus profecto summis cum auctore extollerem.  
Sed quorsum? Opus se ipsum prodit, & in auctore virtus ipsa de se laudabilis  
se ipsum commendat. Dat. Patau. die 27. Septemb. 1636.

Fr. Io. Paulus Sans. V. c. & Commiss. Gen. Ss. Inquis. Patau.

**L**iber, qui inscribitur De Donarijs R. P. D. Iacobi Philippi Tomasini,  
à Reuerendiss. P. Rectore Generali eiusdem Congregationis, & ab Adm.  
R. P. M. Io. Paulo Sans. Vic. Gen. S. Officij Patauj, visus, & approbatus; nunc  
verò à nobis recognitus; ut in hac Ciuitate Vticensi typis mandari possit, li-  
centiam impartimur. Dat. Vtini die 25. Augusti 1638.

Fr. Ludouicus Syllanus de Gualdo Inquis. Gen.  
Aquilae, & Concordiae.

§ Francesco Morefini Procurator, Reformator.


§ Battista Nani Reformator.


Gerónimo Cauazza Secretario.


ERRATA


Qua cursum observare licuit, sic emendari poterunt. Reliqua literarum atque  
interpunctionum leuiores Auctoris absentiae benignus Lector indulget.

Pag. v.	Err.	Corr.	Pag. v.	Err.	Corr.		
11	7	MVLIVS	111	15	precari	precari	
12	20	Libro	113	11	Athenas	Athenis	
13	7	ebenus	116	24	vindicat	vendicat	
	9	nimirum add.	124	8	T. L.	To. I.	
16	2	cecidisset	125	1	Gessis	Getis	
17	2	Apollinis		2	Capitolio	in Capitolio	
23	2	Vopisus	127	19	Quid	Quod	
24	16	Ara	130	1	Marcellum	Marcellus	
		erant			dum	nuda	
34	33	Rea	136	1	Verficulus	Verficulos	
35	33	Laruinantis	137	26	Acliasus	Acliacus	
37	11	Macuius	141	3	Hallensis	Hallenfi	
38	5	Georgius	142	33	Hallenfis	Hallenfi	
		& sic in Indice.	150	1	Alexandrina	Alexandrina	
41	16	magnis	158	ult.	Naudei	Naudei	
43	25	quidam	159	33	tecumq; add.	feras	
52	23	securae	161	30	δεσμοφώρα	δεσμοφορία	
63	22	Suscertio	163	30	Pari	Pani	
67	26	Hysichius	165	21	desertus	desertus	
68	27	praesul. Add.		24	VINCTOR.	VINITORVM	
		& specialis sin-	166	21	vitius	vinis	
		gularis mortalib. Genius admonetur	171	ult.	sacratam	sacratum	
70	25	CONSECR.	175	5	fuerit	fuerint	
71	27	elegantiae	184	23	loratas	locatas	
73	2	emittur	187	ult.	obligatio atq;	obligatio atque	
75	1	Publica add.			signatio	signato	
77	11	Natalis	193	9	ille oriente	illo oriente	
84	9	diuersos	194	2	PVBICIVS	PVBLCIVS	
87	17	cocta	197	27	superer	superer	
88	14	cui inspicientē	198	24	Mynadas	Myriadas	
89	4	Neptuno	200	10	Malijs	Malis Dijs	
	24	Cretius	201	1	Germanos ad.	humanis	
90	20	intentum	205	14	se delibatur		
91	15	Arg.		30	hydraulicam	hydraulicam	
	28	Quin	206	15	faciebant	faciebant	
		Adde. vt eruditē mo-		20	Porphyrius	Porphyrio	
		nium disertissimus Vveslingius	211	25	Quid	Quis	
92	22	cū disertissimo		26	Plaur.	Placet	
95	28	Puella	212	19	lapis	lapis	
		grauida		219	28	Archidamus	Archidamus
97	ult.	ex nato	221	27	definio	definio	
102	ult.	cestor	225	26	senteto	fruteto	
103	9	audientibus					
107	17	Gratiae					









Ca

Th

6098